MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80180-33

AUTHOR:

UHLE, PAUL BERNHARD

TITLE:

QUAESTIONES DE ORATIONUM DEMOSTHENI

PLACE:

HAGEN I. GUESTF.

DATE:

1883

Master Negative #

91-80180-33

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Uhle, Paul Bernhard, 1856-
Quaestiones de orationum Demostheni falso addictarum scriptoribus, particula prima. De orationum XXXV., XXXXIII., XXXXVI.-L., LII., LIII., LIX. scriptoribus. Dissertatio inauguralis quam ... scripsit Paulus Uhle ... Hagen i. Guestf., typis H. Riselii, 1883.
118 p. 22½ cm.

Thesis, Leipzig. 5156

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm
REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA ~~IIA~~ IB IIB
DATE FILMED: 8/15/91
INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
1 2 3 4 5
Inches
1.0
1.1
1.25
1.4
1.6
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0

no. 1

QUAESTIONES

DE ORATIONUM DEMOSTHENI FALSO ADDICTARUM SCRIPTORIBUS.

PARTICULA PRIMA.

DE ORATIONUM XXXV. XXXXIII. XXXXVI.—L. LII. LIII. LIX. SCRIPTORIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SUMMORUM IN PHILOSOPHIA HONORUM CAUSA
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

RITE IMPETRANDORUM

SCRIPSIT

PAULUS UHLE
NIEDERFROHNENSIS.

HAGEN I. GUESTF.
SUMPTIBUS ET TYPIS H. RISELII EIUSQUE SOC.
MDCCCLXXXIII.

EDUARDO AEMILIO MOSEN

PASTORI ZSCHOPAVIENSIUM PRIMARIO

AFFINITATE SIBI ET AMICITIA CONIUNCTISSIMO

D. D. D.

PAULUS UHLE.

Arnoldus Schaeferus, cum primus diligentius inter se compararet orationes illas, quas Demostheni falso adscribi idem primus exposuit accuratius, eo est adductus, ut primum ei oratori, a quo oratio XXXIII. composita est, XXXIV. etiam orationem atque LVI. vindicaret[1]), tum eius auctoris, cui XXXXIII. orationem adiudicavit, XXXXVIII. quoque iudicandam esse contenderet[2]), denique orationes XXXXV. XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. uni scriptori attribueret[3]). In sententiam, quam professus est vir doctissimus de orationum XXXIII. XXXIV. LVI. XXXXIII. XXXXVIII. auctoribus, Fridericus Blassius ita transiit, ut eum, qui orationes XXXXIII. et XXXXVIII. confecisset, XXXV. etiam auctorem esse pro certissimo affirmaret[4]), quodque iudicium A. Schaeferus tulit de orationibus Apollodoreis, quae dicuntur, deque oratione XXXXVII., id Franc. Lortzingius[5]), Joann. Siggius[6]), quamquam minus quaerunt, num orationes illae ab eodem scriptore compositae sint, quam quatenus a Demosthene abhorreant, Blassius[7]) gravibus argumentis maxime ad dicendi rationem pertinen-

[1]) Cf. operis, qu. i. Demosth. u. seine Zeit, Lips. 1856/8, vol. III,2 p. 314 cll. pagg. 297—314.

[2]) L. l. p. 240 cll. pagg. 229—241.

[3]) L. l. pagg. 181—193, 199 cll. pagg. 158—199.

[4]) In libro, qu. i. Die attische Beredsamkeit, Lips. 1877, vol. III,1 pagg. 527; 524 cll. 511—525; 499 cll. 489—507.

[5]) In diss., qu. i. De orationibus quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur, Berol. 1863.

[6]) I. d., qu. i. Der Verfasser neun angeblich von Demosthenes fuer Apollodor geschriebener Reden, in annal. phil. suppl. VI., pagg. 397—434.

[7]) L. l. pagg. 455—489.

tibus ita probarunt, ut orationes XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. uni auctori tribuendas esse dicerent. Quem scriptorem eundem esse atque eum, qui XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. conscripsisset, cum quadam probabilitatis specie affirmari posse Blassius putavit[1]). Sed et hanc opinionem et eam, quam A. Schaeferum secutus de orationibus XXXIII. XXXIV. LVI. proposuit, ut eius libri natura ferebat, non tam comprobavit, quam indicavit. Quae cum ita sint, cumque orationes XXXIV. XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. LVI. ita adhuc neglectae iacuerint, ut eas a principe oratorum alienas esse nondum sit demonstratum — neque enim argumenta allata ab A. Baumstarkio[2]) et R. Dunckero[3]), ut orationem XXXIV., a W. Rohrmanno[4]), ut orationem XXXXIII., a G. A. C. Schwarzio[5]), ut orationem LVI. suppositiciam, ab H. Weilio[6]), ut orationem XXXXVIII. genuinam esse demonstraretur, satis firma esse equidem concesserim —, haec, inquam, cum ita sint, operae pretium memet facturum duco, si de orationum, quas enumeravi, scriptoribus accuratius exposuerim. Et in hac quidem quaestionum parte ea propositurus sum argumenta legentium oculis atque iudicio, quibus moveor, ut orationes XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. ab alio ac quae inter Demosthenicas numerantur XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. profectas esse credam. De orationum XXXIII. XXXIV. LVI. auctoribus alia agam occasione, quam mox mihi oblatum iri spero.

---

[1]) Cf. maxime libri l. pagg. 494 not. 4; 496 not. 7; 500 nott. 2 et 6; 501 nott. 1, 2, 5; 527.

[2]) In Prolegomenorum in orationem Demosthenis adv. Phormionem capite priore, Heidelbergae 1826.

[3]) I. d., qu. i. Inter privatarum causarum orationes Demosthenicas quae pro genuinis habendae sint quaeque pro falsis breviter exponitur, in Progr. Gryphimont. a. 1877 pagg. 12—17.

[4]) I. d., qu. i. Oratio quae est contra Macartatum num Demosthenis iudicanda sit, Gott. 1875.

[5]) In diss., qu. i. De oratione *κατὰ Διονυσοδώρου* scripta quae inter Demosthenicas est quinquagesima sexta, Gott. 1870, et in Progr. Gymn. Stadensis a. 1876: De Demosth. oratt. suppositiciis commentatio, pars prior.

[6]) I. l. Les harangues de Démosthène, Par. 1881, pagg. XI. et XII.

Atque cum secundum leges artis rhetoricae oporteat esse in oratore inventionem, dispositionem, elocutionem[1]) eamque ob causam optime, opinor, quae sit eius „vis ac facultas"[2]), possit intellegi, cum quaeratur, num tres illas virtutes eloquentiae prae se ferat, ita hanc commentationem instituendam puto, ut exponam primo loco, quatenus orationum nostrarum scriptores ea, quae causam probabilem reddant, invenerint, altero, quem ad modum ea, quae attulerunt, in ordinem distribuant, tertio, num sententiis et verbis idoneis atque ad inventionem accommodatis utantur. Disserendum igitur est

A. De inventione, quae est in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVI.—L. LII. LIII. LIX.

„Omnis ratio dicendi", ut ait Cicero de or. II, 27, 115, „tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus vera esse, quae defendimus; ut conciliemus nobis eos, qui audiunt; ut animos eorum ad quemcunque causa postulabit motum vocemus"[3]). Quaeram igitur necesse est primum de argumentatione, tum de affectibus conciliatis atque concitatis singularum orationum.

I. De argumentatione singularum orationum.

1. De argumentatione orationis XXXV.

Androcles[4]) Sphettius, cum aes faenebre, quod ipse et Nausicrates

---

[1]) ad Her. I, 2, 3.

[2]) Cic. de or. I, 31, 142.

[3]) V. etiam Volkmanni libr. Die Rhetorik der Griechen und Roemer, Lps. 1872, pagg. 221 proxx.

[4]) Nomen actoris iuvenies et in testimoniis (§§ 10, 14, 23) et in argumento a Libanio confecto. Formulas autem testimoniorum, decretorum, legum orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVI. LIX. insertas spurias esse minus mihi persuasit Westermannus (Untersuchungen ueber die in die attischen Redner eingelegten Urkunden, in Abhandlungen der K. saechsischen Gesellschaft der Wissenschaften, phil.-hist. Classe, I, Lps. 1850). Eas, quae exstant in or. XXXXIII., novissimus defendit A. Wachholtzius in diss. inaug., qu. i. De litis instrumentis in Demosthenis quae fertur oratione in Macartatum, Kiliae 1878.

De causa or. XXXV. exposuerunt Libanius l. l., A. Schaefer. l. l.

Carystius[1]) Artemoni et Apollodoro in navem et merces crediderant, Artemone mortuo solutum non esset, in Lacritum, fratrem[2]) debitorum, mercatoriam actionem intenderat (§ 3). Reus autem exceptione usus in iudicium mercatorium iure se vocari negaverat (§§ 45 et 46). Et primum quidem Lacritum et mercatorem se esse et contractum sibi cum Androcle esse negavisse existimaverim[3]). Nam Atheniensium legibus constitutum erat, ut actiones mercatoriae essent naucleris et mercatoribus apud thesmothetas[4]) de contractibus mercatoriis[5]). Tum fratris hereditate se abstinere dixerat (§§ 4 et 44). Affirmaverat enim Androcles, ut iure aes debitum petere videretur, eum ab Artemone omnium bonorum heredem constitutum esse (§§ 4 et 49)[6]). Hanc autem exceptionem

---

III,2 pagg. 286 proxx., R. Darestius in l., qu. i. Les plaidoyers civils de Démosthène traduits cett., Paris 1875, I, pagg. 314 proxx., Blass. l. l. III,1 pagg. 502 proxx.

[1]) Huius nomine sine dubio Androcles Lacritum simul petiverat. V. §§ 46 et 47, Blass. p. 502.

[2]) Plane consentio cum A. Schaefero, qui v. d. (p. 286; cf. G. H. Schaeferi Apparat. critic. et exegetic., Lond. 1827, IV. p. 566) Artemonem et Apollodorum fratres esse dicit; id quod luculentissime demonstratur verbis, quae leguntur §§ 8. *τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ*, 15. *οἱ ἀδελφοὶ οἱ τούτου*, 42. *τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς αὐτοῦ*. Aliter iudicat Blassius (p. 502 not. 4) nisus verbis cum §§ 15, 3, 36 („und ebenso wird 15 ff. 3 f. 36 nur Artemon als L.'s Bruder bezeichnet") tum § 7. *Ἀρτέμωνι τῷ τούτου ἀδελφῷ καὶ Ἀπολλοδώρῳ*. At neque ex hoc loco concludi potest Artemonem et Apollodorum non fratres esse neque illis potuit fieri, quin Artemonem solum nominatum solum etiam Lacriti fratrem esse diceretur. Attamen mirandum videtur, quod auctor or. XXXV. paragrapho allata non scripsit: *Ἀρτέμωνι καὶ Ἀπολλοδώρῳ τοῖς τούτου ἀδελφοῖς*. Quod deinde v. d. veri dissimile esse et incredibile arbitratur ab oratore, si illi fratres fuissent, potuisse dici Lacritum solum Artemonis esse heredem, de eo videas, quaeso, ea, quae infra (p. 10) monebo.

[3]) Cf. Blass. l. l. p. 502.

[4]) Cf. Meieri et Schoemanni op. Der attische Process, quod auxit et correxit J. H. Lipsius, I, pagg. 80 not. 103, 95 proxx.; E. R. Schulzii d., q. i. Prolegomenon in Demosthenis quae fertur orationem adversus Apaturium capita duo, Lips. 1878, p. 28 not. 3.

[5]) Cf. Blass. l. l. p. 502, Schulz. l. l. pagg. 28 proxx.

[6]) In hac re totam causam positam esse facile est intellectu.

contra leges a Lacrito obiectam esse, ut iudices persuasum habeant, scriptori or. XXXV. efficiendum est.

Jam si quaerimus, qua ratione orator Lacritum actione mercatoria teneri studeat evincere, primum est dicendum eum ne contendisse quidem adversarium esse mercatorem. Tum nec illud, Androcli cum Lacrito contractum esse, aperte dicit; affirmat potius primum hunc pollicitum esse et fratres et se ipsum legitima quaeque actori praestaturos esse (§ 8. *Λακρίτου τουτουὶ ἀναδεχομένου μοι πάντ' ἔσεσθαι τὰ δίκαια παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ* cll. §§ 7 et 15; § 16. *αὐτὸς γὰρ ἔφη ποιήσειν μοι τὰ δίκαια ἅπαντα*), deinde Lacritum ipsum syngrapham et scripsisse et obsignavisse (§ 15. *τούτου αὐτοῦ γράφοντος καὶ συσσημηναμένου*), tum Lacritum pro fratribus, qui minores natu erant, mutuantibus omnem rem egisse sibique animum advertere iussisse (§ 16. *οὗτος ἦν ὁ πάντα διοικῶν καὶ ἑαυτῷ με τὸν νοῦν προσέχειν ἐκέλευεν*), denique Lacrito auctore Artemonem et Apollodorum contractum violavisse (§ 17. *κατὰ δὲ τὴν συγγραφὴν τὴν ναυτικὴν — οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν ἔπραττον —, οὑτοσὶ δὲ Λάκριτος ἁπάντων ἦν τούτων ὁ ἐξηγητής* cll. §§ 22 et 28). Quae omnia orator sine dubio contendit, ut Lacritus ipse pactionem et confecisse et neglexisse iudicibus videretur[1]). Verum ut id, quod voluit, sit consecutus apud iudices satis attentos, equidem summo opere vereor. Sed utut haec se habent, cum frustra quaeras testimonium, quo id, quod contendit, confirmetur, verba oratoris nihili aestimanda sunt. Qua re iudicum nihil interesse potuit accuratissime enarrantem eum audire maximamque partem testimoniis etiam probantem, quem ad modum debitores fidem pactionis rupissent (§§ 18—27, 36—37, 50—54), vel refellere studentem ea, quae Lacritus creditoribus pecuniam repetentibus obiecerat (§§ 28—35). Is autem primum contenderat merces navi impositas, quas secundum syngrapham ex Ponto in locum mercium Athenis in Pontum importatarum Athenas revecturi fuissent, naufragio interiisse (§ 31). Quae dicentem ut refutet, orator testimoniis et argumento comprobat non eam navem, in qua Androcles aes collocaverit, fecisse naufragium, sed eam,

---

[1]) Cf. verba, qu. s. in Liban. argum.: *Ἀνδροκλῆς — εἰσπράττει — Λάκριτον — δύο προβαλλόμενος δίκαια, ὅτι τε παρόντος Λακρίτου καὶ ἀναδεξαμένου τὸ ἀργύριον ἐδάνεισε τῷ Ἀρτέμωνι —*.

quam Phaselitae alteri cuidam (Antipatro) pro pignore supposuerint quo ab eo pecuniam mutuam sumerent (§ 32), easque merces, quas non Athenas, sed Theodosiam vecturi fuerint (§ 32); neque enim ex Ponto Athenas vinum solere importari, praesertim Coum (§ 35). Neque tantum mercium fuisse in nave deperdita orator dicit, quantum ex contractu inesse debuit (§ 32. *τό τ' οἰνάριον τὸ Κῷον ὀγδοήκοντα στάμνοι ἐξεστηκότος οἴνου, καὶ τὸ τάριχος* coll. testimoniis §§ 33 et 34 prolatis). Tum Lacritus obiecerat fratrem reliquam pecuniam naviculario cuidam in Ponto mutuam dedisse nec recipere potuisse (§ 36). Hoc contra contractum factum esse orator monet (§ 37). Sed adversarium mentitum esse non demonstrat.

Quod secundo loco Lacritum in exceptione affirmasse supra dixi, se hereditatem bonorum Artemonis repudiare, contra id orator nullo teste arcessito nihil aliud dictitat, quam reum fratrem Artemonis esse (§§ 3, 4, 16, 49), omnia a fratre hereditate relicta ut sua administrare (§§ 4, 44, 49), ab aliis, si quis fratri defuncto debuit, debita exegisse (§ 44). Quibus verbis nihil tribuendum esse etiam inde luculenter apparet, quod nulla causa probabilis cogitari potest, cur Artemo Apollodorum fratrem hereditate excluserit[1]).

Nunc videamus, quibus practerea adiumentis orator ad rem iudicibus probandam utatur. Atque primum quidem haec fere dicit: si Androcles Artemoni pecuniam deberet, certe eam Lacritus ut heres acerbissime exigeret et si Androcles in iudicium vocatus contra Lacritum exciperet, summis hic se premi iniuriis conquereretur (§§ 44 et 45). Tum improbum adversarium esse putat, quod iudicibus, cum iudicia mercatoria exerceant, persuadere velit, ut litem mercatoriam sibi intendi licitum esse negent (§ 46)[2]). Postremo ex eo, quod causa non sit earum causarum, in quibus undecemviri, archon, rex, polemarchus, imperatores iudicent, sequi ait apud thesmothetas eam esse agendam (§§ 47—49). Quae omnia nihil esse nisi verba inepta atque inania, quis est, quin videat?

[1]) Cf. hui. diss. p. 8.

[2]) Cf. Blass. l. l. p. 507 not. 2 et Meieri et Schoemanni op. Der attische Process, quod auctum est et emendatum ab H. Lipsio, p. 159 not. 23.

Haec de argumentatione or. XXXV. exposuisse satis habeo; videor enim mihi ostendisse oratorem ne unum quidem attulisse argumentum, quo res, quae demonstranda erat, probabilis reddi posset.

Pergamus quaerere

2. De argumentatione orationis XXXXIII.

Ut paucis explicem, quae sit huius orationis causa: Sositheus[1]) nomine Eubulidis (III) filii, quem Eubulidi (II) socero adoptaverat, Macartato Hagniae (II) hereditatem eripere studet[2]). Quod ut actor efficiat, recte orator ante omnia a iudicibus petit, ut adoptionem ratam habeant. Cf. verba, quae sunt §§ 83. *νομίζετε δὴ τὸν παῖδα τοῦτον, ὦ ἄ. δ., — ἱκετεύειν — αὐτοὺς ὑμᾶς τοὺς δικαστάς, ὅπως μὴ ἐξερημωθήσεται αὐτῶν ὁ οἶκος* et 84. *ἀλλὰ τοῖς τε νόμοις βοηθεῖτε καὶ τῶν τετελευτηκότων ἐπιμελεῖσθε, ὅπως μὴ ἐξερημωθῇ αὐτῶν ὁ οἶκος*, cll. verbis § 11. *εἰσήγαγον εἰς τοὺς φράτερας τοὺς τοῦ Ἁγνίου Εὐβουλίδῃ τὸν παῖδα τουτονὶ —, ἵνα μὴ ἐξερημωθῇ ὁ οἶκος.*

Itaque auctori or. XXXXIII. demonstrandum erat Eubulidem (III) re vera secundum leges Atheniensium adoptatum esse[3]). Sed hoc non

[1]) V. Libanii arg. et testimonia, quae leguntur §§ 36 et 37.

[2]) De Hagniae (II) genere deque causa or. Macartateae exposuerunt Libanius l. l., J. J. Reiskius in Orator. graecor. vol. VII. p. 269, Bunsenius in commentatione de iure hereditario Atheniensium, Gott. 1813, pagg. 32 proxx., G. H. Schaefer., App. crit. V. pagg. 96 proxx., G. Fr. Schoemannus in Isaei oratt. XI edit., Gryphisw. 1831, pagg. 448 proxx., C. de Boorius, de heredibus intestatorum apud Athenienses et de or. Dem. XLIII., Hamb. 1838, A. Westermannus l. l. (Verhandl. der K. saechs. Gesellsch. d. W. I, 1850, pagg. 90 proxx.), A. Schaefer. l. l. pagg. 229 proxx., W. Rohrmann. in d. l., Darest. l. l. II, pagg. 22 proxx., Blass. l. l. pagg. 489 proxx., Guil. Grasshoffius i. d., qu. i. Symbolae ad doctrinam iuris Attici de hereditatibus, I, De successione ab intestato, Berol. 1877, pagg. 38 proxx., A. Wachholtz. l. l. pagg. 8 proxx. Cf. etiam Guil. Dindorfii editionem Oxoniensem, VII, pagg. 1187—1189, 1194—1199.

[3]) Utrum adoptio contra leges facta sit necne, diligentius quaerere nostrum non videtur esse; ceterum non est, cur Wolfium (Dindorfii edit. Oxon. tom. VII. p. 1191), A. Schaeferum (l. l. pagg. 233—234), Blassium (l. l. pagg. 491 not. 1 et 494) secuti eam contra leges Atheniensium factam esse negemus.

fecit; nam desunt et argumenta et testimonia[1]). Porro debuit auctor or XXXXIII. iudicibus probare Eubulidi (III) optimum ius in Hagniae (II) bona esse. Quae cum Theopompus, pater Macartati, in iudicio adversariis victis nactus esset filioque reliquisset, oratoris erat ostendere Eubulidi (III) in Hagniae (II) hereditatem melius ius esse, quam Theopompo. Atque cum Eubulidi (III) non ex testamenti titulo liceret bona Hagniae (II) petere, oratorem perspicuum est non potuisse persuadere iudicibus, ut illa Macartato abiudicarent, nisi ita, ut Eubulidem (III) defuncto genere propiorem esse, quam Theopompum, probaret: nam ex legibus, quae sunt de successione ab intestato, ut quisque cognatione proximus est, ita ceteris antefertur. Quae omnia sibi facienda esse recte orator perspexit. Ait enim § 17: *ἐὰν γὰρ ἐπιδείξω Θεοπόμπου τοῦ πατρὸς τοῦ Μακαρτάτου γένει ὄντας Ἁγνίᾳ ἐγγυτέρω Εὐβουλίδην τὸν παῖδα τουτονὶ καὶ Φυλομάχην*[2]) —, *ταῦτ' ἐὰν ἐπιδείξω, δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄ. δ., βοηθεῖν ἡμῖν.*

Hic quaeramus necesse est, quid Athenienses de ordine successionis ab intestato statuerint. De qua quae fuit lex[3]), eam Isaeus in § 1. orationis de Hagn. hered. ita interpretatur („*ταύτας ποιεῖ τὰς ἀγχιστείας ὁ νομοθέτης μόνας, συντομωτέρως τοῖς ῥήμασιν ἢ ἐγὼ φράζω*“), ut dicat, primo *γένει* (= lineae)[4]) eorum, quibus iure hereditatem defuncti petere liceat, adscribi fratres germanos eorumque liberos, alteri

---

[1]) Cf. §§ 13, 14, 82.


[2]) Phylomache (II) quasi soror Eubulidis (III) filii Eubulidi (II) adoptati eadem cognatione, qua Eubulides (III), Hagniam (II) attingit.

[3]) Lex ipsa, quam § 51 orationis in Mac. legimus, utrum genuina sit an suppositicia, accuratius disquirere parum refert: expósituri enim, quid sit iudicandum de or. XXXXIII. argumentatione, Isaei maxime nitemur verbis. Indicasse satis habeo me plane cum E. Caillemero (Le droit de succession légitime à Athènes, Paris-Caen 1879, pagg. 14 not. I et 81 not. I) assentiri M. Buermanno, qui v. d. in Mus. Rhen. tom. XXXXII. pagg. 353 proxx. legem illam defendit contra Seeligerum (Mus. Rhen. vol. XXXI. pagg. 176 proxx.), cuius opinionem secutus est Grasshoffius (l. l. pagg. 71—79).

[4]) Cf. Grasshoffii diss. l. p. 9 et quae nuper disseruit de verbo *γένους* Herm. Schwebschius: De oratione quae contra Leocharem a Demosthene scripta fertur, Berol. 1879, pagg. 100—102.

sorores germanas earumque liberos, tertio consobrinos a patre usque ad eorum liberos, cett.[1]). Iam cum omnes, qui primi et secundi *γένους* sunt, a patre defuncti, qui tertii sunt, ab avo defuncti descendant, argumentum illius legis etiam ita enarrari potuit, ut diceretur, primum eis hereditatem adeundam esse, qui ex familia (domo, *οἴκῳ*)[2]) patris, deinde eis, qui ex familia avi essent.

Ut vero intellegatur, cui *γένει* Eubulides (III) et Theopompus sint tribuendi, sive e cuius familia (*οἴκῳ*) sint, hoc stemma, quo Hagniae (II) genus explicatur, subiiciam:



Ex hoc stemmate perspici potest Eubulidem (III) Hagniae (II) consobrini a patre filium[3]) eamque ob causam ex secunda, i. e. ex avi familia (*οἴκῳ*) esse, Theopompum autem non Hagniae (II), sed Polemonis consobrini filium eamque ob causam ex proavi familia esse. En

---

[1]) Verba Isaei sunt: *ὁ δὲ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων πρῶτον ἀδελφοῖς τε καὶ ἀδελφιδοῖς πεποίηκε τὴν κληρονομίαν, ἂν ὦσιν ὁμοπάτορες. τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν. ἐὰν δ' οὗτοι μὴ ὦσι, δεύτερον ἀδελφὰς ὁμοπατρίας καλεῖ καὶ παῖδας τοὺς ἐκ τούτων. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι, τρίτῳ γένει δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν, ἀνεψιοῖς πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων.*

[2]) Recte Grasshoff. p. 11 sic: „Significavit igitur (sc. *οἶκος*) et rem familiarem, in qua fundamenta familiae posita sunt, et eos, quos iura sanguinis cum patre familias coniunxerunt, i. e. liberos“; cf. Schwebsch. l. l. pagg. 102—104.

[3]) *πρὸς πατρός* semper ad patrem defuncti referendum esse per se patet. Cf. Grasshoff. l. l. p. 31 not. 96. Rohrmannus (l. l. p. 10), ubi orator Eubulidem (III) *πρὸς πατρός* cum Hagnia (II) cognatione coniunctum esse dicit, *πρὸς πατρός* in *πρὸς μητρός* mutare voluit!

causa, cur scriptor orationis § 28 contendat: οὐ προσήκει δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδένα ἀνθρώπων ἔχειν τὸν κλῆρον τὸν Ἁγνίου (sc. II) ἐξ ἑτέρου οἴκου ὄντα, ἕως ἄν τις λείπηται τῶν γενομένων ἐν τῷ οἴκῳ τῷ Ἁγνίου (sc. I)[1], οὐδ᾽ ἐκβάλλειν βίᾳ, ὅπερ οὗτοι διαπράττονται, γένει τε ἀποτέρω ὄντες καὶ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ[2]).

---

[1]) Cum Bunsenius hoc loco Hagniam (II) intellegendum esse censeat (l. l. p. 34: „Demosthenes — hoc uno semper utitur hunc (sc. Eubulidem (III)) in defuncti domo (οἴκῳ) — esse constitutum“), non est mirandum, quod totam or. XXXXIII. ratiocinationem „miram“ et „maxime memorabilem“ esse dicit. Sed re vera oratorem Eubulidem (III) in Hagniae (I) domo esse contendere luculentissime apparet ex locis his: §§ 29 cl. § 47. προσποιούμενος τοῦ αὐτοῦ οἴκου εἶναι Ἁγνίᾳ (sc. II); 50. οὑτοσὶ ἕτερος οἶκός ἐστιν ὁ Ἁγνίου ἑνὸς τῶν Βουσέλου υἱέων; 52. ἀλλὰ τίνι δίδωσιν (sc. τὴν κληρονομίαν); τοῖς ἐκγόνοις τοῖς Ἁγνίου τοῖς οὖσιν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ἐκείνου. Errat etiam (ut alios praeteream) Blassius, qui in causa huius or. explicanda Romanam computationem graduum in ius hereditarium Atheniensium transtulit; ait enim p. 494: „und doch liess sich zeigen, dass nach richtiger Interpretation des Gesetzes (sc. de succ. ab intest.) Theopomp gar kein Erbrecht habe, da er nicht Vetterssohn (ἀνεψιαδοῦς) des Hagnias, sondern um einen Grad weiter verwandt war, indem ihre Vaeter Vettern gewesen.“ Primus, quod sciam, or. XXXXIII. argumentationem intellexit Grasshoffius, qui l. l. p. 12 not. 36 haec: „nam Eubulidem III per Hagniae II avum, adversarium autem per proavum cum Hagnia II cognatione coniunctum fuisse orator demonstrat.“

[2]) Dicet fortasse quispiam, qui cum Seeligero (Mus. Rh. XXXI. pagg. 176 proxx.) et Grasshoffio (l. l. pagg. 8, 19, 71—79) persuasum habet verba legis § 51 adscriptae, qu. s. ἐὰν δὲ μηδετέρωθεν ᾖ ἐντὸς τούτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι, ficta esse a legum quodam fabricatore, oratorem debuisse demonstrare non tam Theopompum γένει remotiorem esse Eubulide (III), quam eum ut sobrinum defuncti omnino successione exclusum esse. At qui sobrinos in ius successionis venire negabit, eum optime spero refelli posse primum verbis Isaei, quibus illis ius hereditatis esse aperte affirmatur (de Hagn. her. §§ 8, 11, 12, 30). Deinde mihi quidem videtur naturae maxime congruens esse, ut post eos, qui πρὸς πατρός et πρὸς μητρὸς μέχρι ἀνεψιῶν παίδων sunt, ei in hereditatem vocentur, qui a proavo πρὸς πατρός descendunt. Non probo igitur ordinem successionis, quem Grasshoff. l. l. p. 71 constituit: „Si vero nemo fuit, qui ab avo defuncti paterno descendit, hereditas

Cum omnia, quae de genere Hagniae (II) exponuntur, testimoniis etiam confirmentur, negari non posset, oratorem Eubulidem (III) Hagniae (II) cognatione propiorem esse, quam Theopompum, iudicibus demonstrasse, nisi Eubulidis (III) adoptionem ex legibus factam esse

---

ad avi (sc. paterni) patrem vel defuncti proavum paternum, tum ad avi (sc. paterni) matrem vel defuncti proaviam paternam venit. — Post hos avia paterna hereditatem consecuta est. — Aviam paternam ii, qui ab ea descendunt, eadem ratione secuti sunt, qua avum paternum ii, qui ab eo descendunt. Si ex his nemo superfuit, eadem ratione, qua avi paterni parentibus, aviae paternae patri vel defuncti proavo paterno, tum aviae paternae matri vel defuncti proaviae paternae hereditas obvenit. Nunc ad eum locum pervenimus, ubi successionem ad cognatos a matre transiisse supra dixi.“ Porro, quod scriptor or. XXXXIII. Theopompo § 27 ius hereditatis denegat — recte enim mihi videntur Schoemannus (ad Is. p. 458), G. H. Schaeferus (App. cr. et exeg. V. p. 103), de Boorius (l. l. p. 61), Dindorfius in ed. Teubn. a. 1878, (neque vero in ed. Oxon.), Grasshoff. (l. l. p. 37) ἑαυτῷ codicum A et r auctoritatem secuti in textu posuisse —, id ullius momenti esse equidem negaverim; neque enim omnia, quae in or. XXXXIII. affirmantur, vera sunt. Denique Grasshoff. p. 37 contendit verbis [οἱ πρὸς πατρὸς] μέχρι τῶν ἀνεψιῶν παίδων, nisi sobrini excluderentur, sobrinos cum consobrinis in unam eandemque classem relatum iri; quod pravum esse existimat. Quid? qui possunt verba μέχρι τῶν ἀνεψιῶν παίδων in hac nostra lege significare „usque ad sobrinos“, cum semper sermo sit de iure successionis cognatorum defuncti eamque ob causam illis verbis nihil aliud exprimatur, quam eos, qui sunt πρὸς πατρός, μέχρι defuncti ἀνεψιῶν παίδων i. e. usque ad defuncti consobrinorum filios in ius hereditatis venire? Non vidit vir optimus duorum quidem vel plurium ἀνεψιῶν παῖδας idem valere atque ἀνεψιαδοῦς (= sobrinos), non autem certi cuiusdam ἀνεψιῶν παῖδας.

Occasione oblata liceat mihi proferre ea argumenta, quibus refutari posse arbitror Grasshoffii sententiam, quam posuit pagg. 19 proxx., in linea avi eodem modo, quo in patris linea ius repraesentationis non conclusum esse intra certorum graduum terminos. Primum quidem, si verum esset, quod Gr. contendit, mirari subiret, quod legumlator non scripsit μέχρι πάππου vel μέχρι θείου παίδων. Tum Plato (XI. p. 925 A) distinctis verbis dicit μ. ἀ. π. idem esse ac μέχρι πάππου παίδων υἱιδῶν (cf. Grassh. p. 36). Denique mea quidem sententia iniquum esset, si defuncti consobrinorum nepotes, pronepotes cett. praeferrentur fratribus et sororibus uterinis.

probare plane omisisset. Qua re neglecta omnis orationis XXXXIII. argumentatio concidit. Vituperandus videtur praeterea orator, quod Theopompum ex Stratii (I) domo, non ex Buseli proavi familia esse dicit, nec minus propterea, quod distinctis verbis Hagniam (I) non significavit. Ex argumentatione autem, quae genere nititur, satis elucet Theopompum non esse ex Hagniae (I) domo, id quod eum, ut Hagniae (II) hereditatem adipisceretur, mentitum esse verba XXXXIII. quoque orationis docent: *προσποιούμενος τοῦ αὐτοῦ οἴκου εἶναι Ἁγνίᾳ* (sc. II), *ὁ οὐδεπώποτε γενόμενος* (§§ 29 cll. §§ 28, 33, 41, 47, 48, 59, 83). Nec tamen hoc dilucidis verbis testimoniorum §§ 36 et 37 allatorum probare oblitus est (*ἀκούειν τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτῶν ὅτι Πολέμωνι ἀδελφὸς οὐδεὶς γένοιτο πώποτε* cett.).

Haec habui, quae dicerem de comprobatione ex genere petita, quae est in successione ab intestato maximi momenti. Sequitur, ut quaeramus, num quae alia etiam orator excogitaverit, quibus Theopompum nullo iure Hagniae (II) bona petivisse ostendat. Atque primum quidem tribus eum videbis utentem argumentis, quae plane eisdem vitiis laborant. Absurdum enim esse dicit Macartatum Hagniae (II) bona possidere, primum, cum non Theopompus, sed Sositheus Phylomachen (II), virginem heredem et ex Hagniae (II) consobrino filiam, petiverit (§§ 55—56 cl. § 74), tum, cum non Macartati matri, sed Phylomachae (II) licuerit et domum funebrem adire et funus ad sepulcrum prosequi (§§ 64—65), denique, cum non Macartati pater et avus, sed omnes ceteri a Buselo orti monumento Buselidarum utantur (§§ 79—80). Apparet oratorem non meminisse sibi demonstrandum esse, quatenus Macartato ius sit in Hagniae (II) bona, nec vero in Phylomachen (II), vel in funus defuncti, vel in monumentum Buselidarum. Est etiam manifestum eum oblivisci non litigari inter Theopompum et Sositheum, vel inter Macartati matrem et Phylomachen (II), vel inter Macartati patrem et avum et ceteros Buselidas. Huc accedit, quod nullo testimonio demonstratur Theopompum Phylomachen (II) iudicio non petivisse et Macartati patrem et avum in alio atque Buselidarum sepulcro sitos esse.

Nihil porro tribues verbis §§ 76—77 allatis, quibus orator convenire negat Macartatum bona possidere, cum nomen eius neque in

Hagniae (I) neque in Stratii (I) familiis inveniatur, sed is illud habeat a materna familia.

Postremo scriptor evicturus est Theopompum ipsum sibi conscium fuisse Hagniae (II) hereditatem nihil ad se pertinere. Primum enim negat eum illo tempore, quo Glauco et Glaucone falsorum testamentorum convictis cum Phylomache (II) litigare licuit, Hagniae (II) bona petivisse (§ 5). Quae res nullo probatur testimonio. Tum dicit Theopompum lite obtenta olivas in Hagniae (II) fundis excidisse (§ 69). Quae verba nullius esse momenti, nemo non videt.

Quibus de probatione orationis XXXXIII. expositis quaerendum videtur, qua ratione orator ea, quae adversarium ad comprobationem diluendam aut infirmandam prolaturum esse praevidet, reiciat. Et primum quidem Macartatum iudices admoniturum esse existimat hereditatem Theopompo patri in iudicio concessam esse (§ 33). Contra haec dicit: primum Phylomachen (II) prius, quam Theopompum, litem obtinuisse (§ 33a), deinde Phylomachen (II) iuste hereditatem evicisse (§ 33b), tum Eubulidem (III) a nullo adhuc in iudicicio victum esse (§ 34a), denique nunc esse litem inter Eubulidem (III) et Macartatum (§ 34b). Quod orator dixit, Phylomachen (II) iuste, Theopompum autem, cum non fuisset ex Hagniae (I) domo, iudices decipientem Hagniae (II) bonis potitum esse, id verum esse eum comprobavisse docui; quae praeterea ad adversarium refellendum contendit, ea nihil esse nisi verba inania quisque facile intelleget. Tum Macartatum aegre laturum esse arbitratur, quod patre mortuo in iudicium arcessitus sit (§ 60). Quod scriptor orationis, ut haec reiciat, dicit, Theopompum quidem obiisse, non leges (§ 60), id omni sensu carere non contenderim; quod monet, non id in iudicio agi, uter prior aut posterior mortuus sit, sed num liceat eis, qui cognatione remotiores ab Hagnia (II) sunt, eicere ex eius domo eos, qui propiores sunt (§ 61), id prorsus nihil ad adversarium refutandum valere perspicuum est. Denique Macartatum iure obicere posse negat se iam diu bona a patre relicta possidere, cum gratia potius ei sit habenda, quod tam diu aliena iniuste tenuit (§ 67).

His de argumentatione or. XXXXIII. ad finem perductis iam disseramus

3. De argumentatione orationis XXXXVIII[1].

Oratione XXXXVIII. Callistratus[2]) dimidium eorum bonorum Cononis, quae *φανερά* erant[3]), i. e. dimidium et domorum servorumque (§ 12) et septuaginta drachmarum, quas Moschion servus Cononi furatus esse convictus erat (§ 18), sibi paraturus est[4]). Litigat autem cum Olympiodoro, qui totam hereditatem Cononis in iudicio sibi acquisiverat. Sed antea, quam quaeramus, quo iure actorem dimidium bonorum petere orator ostendat, enarremus necesse est, quem ad modum ea Olympiodorus adeptus sit. Conone mortuo Callistratus et Olympiodorus ex pactione, quam inierant (§§ 7 proxx.), illius domus, servos, sexcentas drachmas, quas Moschionem servum Cononi vivo clam eripuisse coarguerant, inter se diviserant (§§ 12, 16—17). Brevi autem post Olympiodorus pactum violavit; nam et Callistrato inscio Moschioni alias septuaginta minas extorsit (§ 18) et illi dimidium huius pecuniae tradere recusavit (§§ 19 et 20). Eodem tempore Callistratus et Olympiodorus de Cononis hereditate in iudicium vocati sunt (§§ 20 et 21), in quo ne vincerentur, statuerunt, ut alter totam hereditatem, alter dimidium eius peteret (§ 22). Tamen adversariis Cononis bona (septuaginta illis minis exceptis (§ 34)) adiudicata sunt (§§ 26 proxx.). Quae ut eis rursus eriperentur, tertium pacti sunt, ut in eos Olympiodorus de tota hereditate, Callistratus autem de dimidio Cononis bonorum litem intenderet et is, qui litem obtinuisset, alteri dimidium concederet (§§ 29—30). Insidiis usi effecerunt, ut iudices Olympiodoro totam hereditatem adiudicarent (§§ 31 proxx.). Qui cum omnia bona retineret, a Callistrato

---

[1]) Ubique orationem XXXXVIII. tractabo post XXXV. et XXXXIII., quo facilius, quanta similitudo intercedat inter has tres orationes, cognosci possit.

[2]) id actoris nomen fuisse Libanius memoriae tradidit.

[3]) A. Philippi in diss., qu. i. Symbolae ad doctrinam iuris attici de syngraphis et de *οὐσίας* notione, Lips. 1871, p. 14 haec: „Proprio sensu *φανερά* dicuntur, quae quis ita possideat, ut se possidere negare nequeat.“

[4]) Causam or. XXXXVIII. tractaverunt hi: Liban. in arg. hui. or., A. Schaefer. l. l. pagg. 236 proxx., Darest. l. l. II. pagg. 1 proxx., Blassius l. l. pagg. 497 proxx.

in iudicium vocatus est. In quo ut actor id, quod voluit, impetraret, tertia potissimum pactione orator sine dubio niti debuit, non prima, ex qua Callistrato dimidium hereditatis petere licere putavit (cf. § 32 (cll. §§ 7 proxx.): *ἔχει αὐτὸς ἅπαντα, ὀμωμοκὼς καὶ συνθήκας πρός με ποιησάμενος ἦ μὴν ἰσομοιρήσειν. καὶ αἱ συνθῆκαι αὗται ἔτι καὶ νῦν κεῖνται παρὰ τῷ Ἀνδροκλείδῃ*). Hac enim statuerunt Callistratus et Olympiodorus, ut Cononis bona statim post mortem eius, non posthac semper, inter se partirentur, id quod etiam factum est; illa autem de bonis post litem obtentam dividendis statutum est. Quid erat etiam, cur actor, si primum pactum in perpetuum valere censebat, tertium pactum cum adversario de hereditate dividenda iniret? Nec tertiam pactionem initam esse testimonio confirmatur. Primus contractus qui sit, Androclis testimonio (§ 11 cl. § 32) demonstrari concedendum videtur esse. Tamen duae sunt causae, cur iudices censeam prohibitos esse, quominus actori, quod attinet ad 70 illas minas, obsecundarent: prima est, quod orator nunquam Olympiodorum eam possidere demonstrat; nam quod § 35 dicit: *καὶ λόγῳ ἀκηκόατε καὶ μεμαρτύρηται ὑμῖν, καὶ ὡς οὗτος τὸ ἀργύριον ἔλαβε παρὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ οἰκέτου,* id mentitur[1]); altera, quod adversarium obicientem sibi septuaginta illas minas non esse et Moschionem suum esse servum (§ 37) refutare ne conatur quidem.

Quae porro Olympiodorus obiecerat, Callistratum pactionem violasse, sibi iniurias intulisse omnique ratione adversari (§ 38), ea orator ita sibi videtur reicere posse, ut primum dicat Olympiodorum propterea rem cognatis et familiaribus ut arbitris diiudicandam permittere noluisse, quod metuerit, ne ab illis mendacii convinceretur, nunc fortasse putare se in iudicio mentientem non deprehensum iri (§ 40). Quibus verbis orator sine dubio dicere voluit cognatos et familiares certo scire Olympiodorum illa mentiri. Tum, ne actor adversario contraria egisse videatur, scriptor or. XXXXVIII. contendit eum una cum Olympiodoro sumptus fecisse, adversario absente et lite amissa actione destitisse, tacuisse, cum Olympiodorus mentiretur se Callistrato et dimidium sexcentarum illarum drachmarum mutuum dedisse et aedes suas locasse (§§ 41—46). Frustra hic quaeres testimonium. Illud quoque argumen-

---

[1]) Nisi fortasse refers haec verba ad *πρόκλησιν* § 34 allatam.

tatum, quo orator, ut Callistratum tacuisse evincat, utitur, cum ab adversario non falsorum testimoniorum accusatum esse, infirmum est non per se solum, sed etiam, quod testimonium desideratur. Denique contendit debuisse Olympiodorum pactionem apud Androclidem depositam ut a Callistrato neglectam multis testibus accitis irritam reddere (§ 46). Cui rei, quae testimonio confirmatur (§ 47), nihil est tribuendum, quod ad primum pactum, quod in causa or. XXXXVIII. nullius momenti esse dixi, spectat quodque Olympiodorus iam eo, quod pactionem plane neglexit, satis se quidquam sibi cum eo esse nolle ostendit. Obiecerat denique, ut supra dixi, adversarius se Callistrato alteram domuum a Conone relictarum locavisse et 300 drachmas servo extortas mutuas dedisse (§§ 44—45). Hoc verum esse orator negat, quod actor nunquam ab Olympiodoro neque locarii non soluti neque de argento postulatus sit (§ 45). Etiam hic testimonia desideras.

Verum haec hactenus de argumentatione orationis XXXXVIII.

Iam ut, quae de orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. indagavimus, complectamur, haec statuemus: in nulla earum ea res, in qua totam causam positam esse ostendisse nobis videmur, probatur: in oratione XXXV. frustra quaeruntur et testimonium, quo adversarium Artemonis fratris hereditatem accepisse demonstratur, et verba, quibus Lacritum mercatorem esse et cum actore contractum fecisse contenditur; simili modo scriptor orationis XXXXIII. testimoniis comprobare neglexit Eubulidem (III) re vera secundum leges Eubulidi (II) adoptatum esse, ita ut omnia, quae in reliqua oratione argumentatur, concidant necesse sit; in oratione XXXXVIII. orator iniuria prima, nec vero tertia pactione nititur, ex qua sola actori partem bonorum a Conone relictorum in iudicio petere licere perspicuum videtur. Paucissima in his tribus orationibus probabilibus argumentis confirmantur, veluti in or. XXXV. Lacritum navem naufragio interiisse mentitum esse, in or. XXXXIII. Eubulidem (III) adoptione probata cognatione Hagniae (II) propiorem esse, quam Theopompum. Argumenta, quae afferuntur, partim nituntur rebus extra causas positis, partim prorsus inepta et nihil nisi inania verba sunt. Accedit, quod saepissime testimonia desiderantur.

Progrediamur ad

4. Argumentationem orationis XXXXVI.

examinandam[1]).

Scriptor or. XXXXVI. Stephanum, qui hoc renuntiaverat testimonium: *Στέφανος — [μαρτυρεῖ] παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ —, ὅτε προὐκαλεῖτο Φορμίων Ἀπολλόδωρον, εἰ μή φησιν ἀντίγραφα εἶναι τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος τὸ γραμματεῖον, ὃ ἐνεβάλετο Φορμίων εἰς τὸν ἐχῖνον, ἀνοίγειν τὰς διαθήκας τὰς Πασίωνος, ἃς παρείχετο πρὸς τὸν διαιτητὴν Ἀμφίας —, Ἀπολλόδωρον δὲ οὐκ ἐθέλειν ἀνοίγειν, εἶναι δὲ τὰ ἀντίγραφα τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος*[2]), falsi testimonii obnoxium esse contendit, quod ei, si nihil de testamento Pasionis testari voluisset, dicendum fuisset: *[μαρτυρεῖ] παρεῖναι πρὸς τῷ διαιτητῇ —, ὅτε προὐκαλεῖτο Φορμίων Ἀπολλόδωρον ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον, ὃ παρεῖχεν Ἀμφίας —, Ἀπολλόδωρον δ' οὐκ ἐθέλειν ἀνοίγειν* (§ 5). Ut omittam Stephanum, si talia dixisset, prorsus inepta minimeque cum verbis testamenti, quae adscripsi, congruentia testaturum fuisse, illa verba, quae sunt de Pasionis testamento (*τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος; τὰς διαθήκας τὰς Πασίωνος; εἶναι δὲ τὰ ἀντίγραφα τῶν διαθηκῶν τῶν Πασίωνος*), Stephanus a Phormione coram arbitro dicta, a se autem in testimonio de provocatione repetita accipienda esse voluit. Quod primum elucet ex paragraphis 43—46 orationis XXXXV., tum mea quidem sententia ex verbis orationis nostrae, quae exstant § 6: *Ἀλλὰ μὴν εἴ φησι Φορμίωνος λέγοντος πιστεύειν ταῦτ' ἀληθῆ εἶναι.* Sed longe aliter orator ea, quae Stephanus obiecerat, accipit. Contendit enim fassum eum esse se Phormioni fidem habentem de testamento testificatum esse (§§ 6—8). Et recte quidem, ut Demosthenes ipse (XXXXV. 23. *ταῦτα ὡς ἀντίγραφά ἐστιν ἐκείνων μεμαρτυρηκότες*). Apollodori igitur adversarius plane contraria eis contendit, quae antea negaverat, se illas tabulas exemplar testamenti Pasionis fuisse omnino testatum esse (§§ 4—5 cl. XXXXV. 43). et aperte confessus est se

[1]) Vide C. D. Beels. Diatribe in Demosthenis orationes I. et II. in Stephanum, Lugd. Bat. 1826, A. Schaefer. l. l. pagg. 170 proxx., Lortzingii diss. l. pagg. 82 proxx., Darest. l. l. II. pagg. 293 proxx., Blass. l. l. pagg. 472 proxx., S. Schaffneri diss., qu. i. De tertia adv. Aphobum oratione vulgo Demosthenis nomini adlicta, Lips. 1876, pagg. 8—10. Cf. Dindorf. ed. Oxon. vol. VII. pagg. 1226 proxx.

[2]) XXXXV. 8.

testem quidem fuisse de testamento, nec tamen quidquam certi de eo scire, ut iudicibus suspicionem testamentum Pasionis fictum esse moveret[1]). Recte igitur se habent verba, quibus exponitur Stephanum, cum ex Phormione vivo audita pro testimonio dixerit, contra legem testatum et iam ob id ipsum falsi testimonii convictum esse (§§ 6—8, 10); otiosa autem habebis verba oratoris — cuius est probare Stephanum falsi testimonii obnoxium esse —, quibus contendit Phormionem, cum Stephano ex eo audita testato sibi ipsi testis fuerit, leges violavisse (§§ 9—10). Vitiosum est etiam, quod lex, quam § 10 recitari iubet, nihil aliud nisi adversariorum alterum alteri testari vetat[2]).

Ut iudicibus persuadeatur Apollodorum neque a Phormione provocatum esse, ut Pasionis testamentum aperiret, neque id aperire noluisse, eo spectant verba, quae leguntur § 11, tabulas, in quibus Stephani testimonium scriptum sit, albatas concinnatasque esse, qualibus testimonia domi confecta inscribi soleant, non ceratas, qualibus testimonia de provocationibus inscribi conveniat. Porro auctor orationis XXXXVI. Pasionem legibus testamentum condere vetitum fuisse demonstrare studet (§§ 12 proxx.). Quod si revera comprobavisset, nihil ostendisset aliud, quam testamentum patris actoris irritum esse. Phormionem igitur petivit eamque ob causam argumenta, quae attulit' otiosa habenda sunt[3]). Verisimile certe reddidisset Pasionem nullum testamentum fecisse, si eum talem fuisse hominem docuisset, qui leges neglecturus non fuisset. Primum autem credendum esse negat Pasionem Phormioni, cum ignoraret eum fore Atheniensem, legibus despectis uxorem suam (mulierem Atheniensem) testamento reliquisse (§ 13). Duas hic desiderabis res: et legem, ex qua manifestum fiat Pasioni non licuisse Phormioni, cum nondum civis esset, uxorem testamento dare[4]), et testimonium, quo uxorem Pasionis civem Atheniensem fuisse confirmetur. Valde ego vereor, ut oratori testimonium suppeditarit. Neque enim ullum invenitur indicium in ceteris orationibus, quo Archippen

[1]) Cf. Lortzing. l. l. p. 79.

[2]) Cf. Blass. l. l. p. 474.

[3]) Recte A. Schaef. p. 174: „nunmehr wendet er sich wiederum gegen Phormion."

[4]) Cf. LIX. 17, A. Schaef. p. 176 not. 4, Lortz. p. 85.

civem fuisse probetur; contrarium potius, eam fuisse peregrinam, concluseris et ex verbis § 23 et inde, quod Pasioni, qui antea servus fuit, vix civem Atheniensem in matrimonium ducere contigit[1]). Tum Apollodori patrem testari vetitum fuisse, ita est ostensurus, ut legem afferat, quae eos solos testari sinit, qui liberos genuinos non habent, quique non, ut Pasio (§ 15), cives adsciti sunt (§§ 14—15)[2]). Similiter auctor or. XXXXVI. § 24 nititur lege, quae patris testamentum ratum esse iubet, si liberi, priusquam per biennium puberes fuerint, mortui erunt. Certe autem orator verba captat, cum hominis sanae mentis esse negat *τῷ τὴν τέχνην μὴ ἐξουσίαν δόντι ἐν τῷ αὐτῷ ἡμῖν ἐργάζεσθαι, τούτῳ τὴν γυναῖκα δοῦναι τὴν ἑαυτοῦ καὶ τῶν παίδων ἐᾶσαι κοινωνὸν αὐτῷ γενέσθαι* (§§ 16 et 17). Fac enim ex hoc conici posse — id quod non crediderim — Pasionem testantem mentis impotem fuisse, tamen nihil sequeretur, nisi testamentum irritum esse[3]).

Porro contendit Phormionem, quamquam Pasionis uxor ut mulier heres (§§ 18—19) in Apollodori potestate fuerit (§ 20), tamen eam Apollodoro absente (§ 21) in matrimonium duxisse, cum eam secundum leges iudicio petere oportuerit (§ 22). Haec nihili aestimanda sunt, quod orator Apollodorum non fecit testimoniis probantem matrem fuisse epiclerum, sed negantem tantum adversarios contrarium affirmasse, quodque, quae dixit, maximam partem extra causam dicta sunt.

Postremo verisimile esse negat Pasionem duo testamenti exempla reliquisse (§ 28). Quod eum fecisse adversarii omnino non contenderunt. Unum testamenti exemplar Pasio confecit, ex quo adversarii antigraphum exscripserant[4]).

[1]) Cf. A. Schaef. p. 176. Excusabis tamen Apollodorum, si eum putavisse credes Archippen matrem marito cive adscito civem Atheniensem factam esse. Cf. Meieri Historiae iuris attici de bonis damnatorum et fiscalium debitorum pagg. 59—60.

[2]) Assentior Meiero qui in Histor. iur. att. de bon. damn. p. 61: „— haec lex", inquit, „tota ficta est ab Apollodoro, qui quod legislator de filiis adoptatis (*ποιητοῖς*) iusserat, quibus illam (sc. testamenti faciendi potestatem) non datam fuisse aliunde constat, callide ad cives novos, qui et ipsi *ποιητοί* vocantur, transtulit, quod hoc e re sua erat."

[3]) Repugnant haec etiam eis, quae in aliis orationibus Apollodoreis de Pasione proferuntur, veluti XXXXIX. 42. Cf. A. Schaefer. p. 176, Lortz. p. 84.

[4]) Cf. A. Schaefer. l. l. pagg. 170 et 176, Lortzing. l. l. p. 85.

Ex his, quae de oratione XXXXVI. disputavimus, satis elucere puto auctorem eius, ut propositam rem demonstraret, magna astutia atque calliditate argumenta excogitavisse; tam argutum se praestitit, ut audientium admirationem excitavisse videatur[1]; neque tamen accurate legentem sophismatis eius falli posse Rehdantzius recte dixit[2]. Iam nunc agendum est

5. De argumentatione orationis XXXXVII.

Actor, qui hanc orationem sibi conscribendam curavit, in *αἰκίας* actione[3]), quam contra Theophemum intenderat, *παραγραφῇ* et *ὑπωμοσίᾳ* (§ 45) interpositis ab adversario in iudicio condemnatus erat, primum, quod Euergus et Mnesibulus testes fuerant, actorem mulierem, quam Theophemus se in alio conventu (§§ 6, 13, 14) ad cruciatum traditurum esse apud arbitrum promisisset, neque recipere neque rem differri voluisse (§§ 6, 13, 5), tum, quia iudices actori succensuerant, quod pignora capturus ad aedes Theophemi venisset (§ 79)[4]), Theophemo autem benevoli fuerant (§§ 46. *προσποιούμενος ἄκακος εἶναι*, 82. *Εἰ δέ τις ἀγνοήσας αὐτοὺς τότε ἀκάκους ἡγήσατο καὶ ἀπράγμονας εἶναι*). Cum vero orator in prima parte orationis Euergum et Mnesibulum falsi testimonii coarguere studeat (§§ 6—17), in altera autem omnes rixas, quae actori cum Theophemo erant, fusius enarret (§§ 18—78), sine dubio, ut iudices reo irascantur (§ 79), maxime propterea, quod in actoris aedes invaserat (§ 79), actori autem faveant (§§ 44, 81), cumque § 48 dicat: *διπλῆν οὖν αὐτοὺς* (i. e. Theophemum) *δεῖ δίκην δοῦναι, ὅτι τε ἐξηπάτησαν τοὺς δικαστὰς ψευδεῖς μαρτυρίας παρασχόμενοι, κηδεσταὶ καὶ ἀδελφοί, καὶ ὅτι ἐμὲ ἠδίκησαν,* non dubitarim, quin hac nostra oratione causa *αἰκίας* ab actore in Theophemum instituta agatur eaque actor efficere velit, ut adversarius *αἰκίας*

1) § 17: *εἶτα δὲ οὐδὲ ἐδόκουν ἐμὲ οὕτω δεινὸν ἔσεσθαι ὥστε ταῦτα ἀκριβῶς ἐξετάσαι.*

2) In vit. Iphicr. Chabr. Timoth. Atheniensium, Berol. 1845, p. 192.

3) De or. XXXXVII. disseruerunt Liban. in argum., A. Schaefer l. l. pagg. 193 proxx., Darest. l. l. I, pagg. 353 proxx., Blass. l. l. pagg. 484 proxx.; cf. etiam Schaffneri diss. l. pagg. 11—12.

4) Cf. Blass. l. l. p. 485 init.

condemnetur[1]). Ex quo sequitur ea, quae inde a § 18 ab oratore proferuntur, non extra causam posita esse.

Iam quaerendum est primo loco, quem ad modum orator Euergum et Mnesibulum falsi testimonii convinci posse censeat. Primum quidem testimoniis probat Theophemum nunquam mulierem ad tormenta exhibuisse (§§ 5—7, 9—11, 17 proxx.), actorem autem ad eam recipiendam semper paratum fuisse (ibid.). Quod praeterea Euergus et Mnesibulus testificati erant, actorem tormenta mulieris in alium conventum differri noluisse, hac de re orator inania fecit verba (cf. §§ 13 et 14). Tum negat Theophemum illos testes, qui testati erant actorem mulierem recipere voluisse, falsi testimonii arguisse (§ 5). Deinde argumento utitur hoc: si vera testati essent Euergus et Mnesibulus, non duo tantummodo testes, affinis et frater Theophemi, adhibiti essent, sed alii multi; multos enim adesse solere in provocationibus, *ὅταν τις τὸ σῶμα παραδιδῷ κομίσας* (§§ 11 et 12). Verba adscripta certe scriptor or. XXXXVII. speravit iudices non attenturos esse. Sycophantiae igitur eum insimularis. Tum Theophemum mulierem omnino tradere noluisse inde colligi posse dicit, quod eam, quamquam eius dominus erat, in arbitrium non adduxit (§§ 14—15). Recte se haec habere videntur. Ad extremum contendit Theophemum pignora actori erepta reddere noluisse, nisi antea testes falsi testimonii absolverentur (§ 64); quod eum effecturum fuisse ex ipsius eiusque sociorum factis conici posse (§§ 74—77).

Altero loco videamus, quid iudicandum sit de ea parte orationis, in qua, quas inimicitias actor cum Theophemo exercuerit, ab oratore exponitur, eo quidem consilio, ut non ille, sed hic iniurius videatur esse

1) Novum mihi attulisse videor argumentum, quo sententia a Schoemanno (att. Process p. 653) prolata comprobetur: causam *αἰκίας* etiam *ἀντιγραφῇ* a reo intenta et obtenta non tolli; viro doctissimo assensus est etiam Schaffnerus l. l. pagg. 11—12, nixus verbis cum §§ 8 et 10, tum § 46: *δέομαι δ' ὑμῶν δικαίαν δέησιν, ἅμα μὲν δικάσαι περὶ τῆς μαρτυρίας, ἅμα δὲ περὶ τοῦ πράγματος ἐξ ἀρχῆς σκέψασθαι.* Conferas velim etiam verba § 1: *καλῶς μοι δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἔχειν, ὦ ἄ. δ., οἱ ὑπόλοιπον ἀγῶνα ἀποδιδόντες ταῖς δίκαις τῶν ψευδομαρτυριῶν* et quae ex § 48 adscripsi. Aliam sententiam posuerunt A. Schaefer. p. 196 et Schulz. l. l. pagg. 20—21.

(§§ 20—82). Ut iudices persuasum habeant actorem legibus oboedientem Theophemum cogere studuisse, ut armamenta traderet, orator testimoniis, legibus, decretis adhibitis narrat, quibus legibus et decretis ille coactus sit, ut armamenta a Theophemo exigeret (§§ 20—25). Addit adversarium citatum et condemnatum armamenta retinuisse (§§ 26—32), actorem decreto facto, ut, quocunque modo possent, armamenta exigerentur, pignus eorum capturum a Theophemo verberibus affectum esse (§§ 33—40), hunc postea *ἐν τῷ βουλευτηρίῳ* condemnatum quidem esse (§§ 41—44a), litem *αἰκίας* autem, quam ei actor intenderat, paragraphe et hypomosia institutis obtinuisse (§§ 45—48a). Ne iniqui quidquam actor commisisse videatur, orator testimoniis confirmat alios etiam, non hunc solum, armamenta rei publicae debita exegisse (48b). Ut appareat, quam nefarius homo et improbus Theophemus sit, testimoniis probatur eum actori ante constitutam diem, qua pecuniam, qua in lite *αἰκίας* multatus erat, solvere debebat, oves, mancipia, vasa eripuisse eiusque nutricem Euergo, Theophemi fratre, iuvante tam vehementer verberasse et iugulasse, ut paulo post animam efflaret (§§ 49—61, 67, 68), multosque alios ab eo eiusque sociis summis iniuriis affectos esse (§ 82). Ne quis miretur, quod actor mulieris illius tam male tractatae caedem non persecutus sit, scriptor orationis accurate, cur is hoc non fecerit (§§ 68—73) exponit; pertinent igitur, quae his paragraphis enarrantur, ad causam *αἰκίας*. Idem dici potest de eis, quae §§ 62—66 proferuntur: Euergum actore multam solvente denuo in huius aedes ingressum esse.

His de argumentatione orationis XXXXVII. expositis iam in quaestionem vocemus

6. Argumentationem orationis XXXXIX.

Hac oratione Apollodorus iudicibus persuadere vult Timotheum sibi, Pasionis heredi, 43m. 38d. 2o. debere[1]). Quod eum consecuturum esse scriptor orationis sperat

[1]) Videas F. C. Rumpfii d., qu. i. De oratione adv. Timotheum imperatorem quae a Demosthene scripta fertur, Giessae 1821, Rehdantz. l. l. (de vit. Iphicr. cett.), A. Schaefer. l. l. pagg. 137 proxx., Lortzing. l. l. pagg. 9 et 41, Darest. l. l. II. pagg. 204 proxx., Blass. l. l. pagg.

1) testimoniis *τῶν δόντων τὸ ἀργύριον, οἷς οὗτος ἐκέλευσεν, ἀπὸ τῆς τραπέζης καὶ ἐπικαθημένων* (§ 33 cll. §§ 18, 42, 43, 44) § 33 prolatis, quibus nihil aliud confirmari potuit, quam illam pecuniam eis, quibus Timotheus iussit, solutam esse eumque ex Pasionis voluntate debitorem inscriptum esse.

2) iure iurando, quod Apollodorum obtulisse orator §§ 42 et 65 dicit, quo actorem ea potissimum, quorum vix Phormio ceterique numularii testes esse potuerunt, veluti Timotheum Pasionem sibi pecuniam mutuari iussisse, probaturum fuisse putaverim.

3) Pasiclis, Apollodori fratris, testimonio, quo Pasionem morientem filios, quid sibi deberetur, docuisse demonstratur (§ 42), quodque levioris momenti esse inde sequitur, quod Pasicles patre obeunte modo sui iuris factus erat[1]).

4) Antiphanis testimonio, quod Apollodorus se praebiturum esse pollicetur (§§ 18—21), ut evincatur Timotheum ab eo in Calauria 1000dr. mutuatum esse et hanc pecuniam Philippum a Pasione accepisse.

5) Timosthenis testimonio, quo probatur huic pro duabus phialis, quas in Pasionis argentaria deposuerat quaeque Timotheo fortuito traditae erant, 237dr. a Pasione numeratas esse (§ 33 cll. §§ 31, 32, 62—64).

6) Testimonio ipsius adversarii, quo hunc concessisse confirmatur ligna a Philonda convecta ut sua in suas aedes perlata esse (§ 33 cl. § 34).

7) tribus argumentis: Pasionem ligna, si Philondae, non Timothei, fuissent, non passurum fuisse ex portu vehi (§§ 35 et 36), Timotheum illis lignis ad aedes suas aedificandas usum esse (§ 36), neminem testari ausum esse Philondam Timotheo absente naulum lignorum non accepisse vel alium quendam hoc pependisse (§§ 37—41).

Magnam partem orationis XXXXIX. explet refutatio adversarii. Qui primum contenderat 1351dr. 2o. non se, sed Antimachum, quaestorem suum, a Pasione mutuatum esse (§ 44. *ἰδίᾳ ἔφη δανεῖσαι τὸν πατέρα Ἀντιμάχῳ καὶ οὐκ αὐτὸς λαβεῖν*). Haec vera esse orator negat, quod

463 proxx. Cf. etiam A. Philippi: Ueber die Demosthenische Rede gegen Timotheus (in annal. phil. et paed. vol. 93 pagg. 611—629).

[1]) Cf. Lortz. p. 42, Blass. p. 465.

nullum adversarius testimonium huius rei attulit (§ 45) et quod Pasio, si re vera Antimachus illud argentum debuisset, ex eius bonis publicatis debitum recepisset, praesertim cum hoc facillime fieri potuisset (§§ 45—47). Secundo loco Timotheum obiecisse videbis 1000 dr. non sibi, sed praefecto classis boeoticae mutuas datas esse (§§ 48, 21, 54). Quod ut falsum esse perspicuum fiat, auctor orationis nostrae primum monet non praefecti, sed Timothei fuisse classi Boeoticae victum praebere (§ 49. *προσῆκε γὰρ τῷ μὲν Βοιωτίῳ ἄρχοντι παρὰ τούτου τὴν τροφὴν τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶ λαμβάνειν*); qua de causa primum Timotheum ipsum in Calauria, nec vero praefectum classis, illam summam mutuatum esse (§ 49), deinde Philippum, a cuius quaestore adversarius 1000 dr. mutuas acceperat, has Athenis a Timotheo, nec vero a praefecto classis repetivisse (§§ 16, 49), tum Timotheum pecuniam, non praefectum, Philippo reddidisse (§ 49) denique Timotheum, non praefectum, Athenis in magnum periculum venisse et in ius vocatum esse (§ 50). Tum negat Pasionem tam familiariter coniunctum fuisse cum praefecto illo, ut ei 1000 dr. mutuas daret (§ 50).

Tertio loco Timotheus dixerat nauarchum Boeotium pro mille illis drachmis Pasioni aes oppigneravisse (§§ 48, 51, 54). Haec falso ab adversario obiecta esse verisimile orator arbitratur esse et quod nihil certi de aere oppignerato a reo prolatum sit (§§ 51—52) et quod incredibile videatur esse praefectum classis Boeoticae Pasioni, nec vero Philippo, cui eum mille drachmas debuisse Timotheus affirmaverat, aes oppigneravisse (§ 53).

Denique Aeschrionem servum duas phialas et unam minam accepisse omnino negaverat. Contrarium verum esse inde orator apparere censet, quod Timotheus Aeschrionis nec ut liberi nec ut servi testimonium exhibuit (§§ 55—58).

Praeter haec, quae Timotheus obiecerat, unum eum obiecturum esse orator suspicatur, se illo tempore, cum sibi naulum lignorum et pretium phialarum expensum latum sit, apud regem Persarum abfuisse (§§ 59—61, 62—64). Quae ut reiciantur, scriptor orationis XXXXIX. nihil aliud proferre potest, quam reum nauli et phialarum pretii debiturem illo tempore inscriptum esse, quo Pasio argentum solvit. Debuit

sine dubio monere, id quod etiam potuit, naulum iussu Timothei datum esse; neque vero probare potuit ex huius voluntate pretium phialarum Timostheni solutum eiusque debitorem Timotheum scriptum esse[1]; etenim adversarium obiecturum fuisse vides a se Pasionem et Apollodorum repetere debuisse phialas ipsas, non pretium earum. Hoc enim Timotheum dicturum fuisse, nec id, quod orator contendit verbis, quae exstant § 64. *Ἀλλὰ νὴ Δία, φήσει ἴσως, ἔδει τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἀπαιτεῖν αὐτὸν τὰς φιάλας*, luce clarius videtur esse. Verius locutus esset, si pro *αὐτόν* dixisset *αὐτάς*. Nonne etiam hoc loco aperte sycophantae vestigia deprehenduntur?[2] Tres autem causas esse orator dicit, cur Pasio phialas non repetiverit: primam, quod Timotheum magna inopia premi viderit, alteram, quod non fuerit, cur debitori, cum ei de cetero aere alieno fidem haberet, de phialis diffideret, i. e., quod nihil fuerit, cur non reliqua debita, sed phialas solas reposceret (§ 64). Intellegis omnia haec verba omnino non spectare ad ea, quae Timotheus obiecerat.

Ad extremum orator iudices docet, cur Apollodorus Timotheo ius iurandum non detulerit: eum et civitatibus et hominibus fide data saepe et magnis in rebus peierasse (§§ 65—67). Hic minus testimonia desiderantur; commemorantur enim res, quae omnibus notae erant (cf. § 66).

Cave, ne me argumentationem orationis XXXXIX. tractantem contendas oblitum esse argumenti e tabulis mensariis petiti. Neque enim usquam hoc orator utitur; non ignoravisse videtur tabulis illis haud multum tribuendum esse. Quae res si aliter se haberet, certe Apollodorus eas ad arbitrum attulisset, priusquam Timotheus provocasset et afferri iussisset (§ 43), quod reum fecisse testimonio probatur (ib.). Assentior plane eis, quae A. Philippi[3] ait: [„In unserer Rede (sc. adv. Timoth.)] wird — nicht durch die *γράμματα*, sondern hoechstens aus ihnen als der grundlage der beweis gefuehrt.“

Considerata igitur orationis XXXXIX. argumentatione iam nunc agamus

[1] Cf. A. Philippi l. l. p. 619 not. 15.
[2] Cf. A. Philippi l. l. p. 619.
[3] l. l. p. 615.

7. De argumentatione orationis L.

Apollodorus Polyclem ἐπιτριηραρχήματος actione in ius vocaverat[1]) Itaque scriptori orationis L. ante omnia demonstrandum est Polyclem, non syntrierarchum eius (§§ 37 proxx.), actoris in trierarchia successorem constitutum fuisse. Quod quamquam nusquam probatum legitur, tamen non dubitandum videtur esse, quin res ita se habeat[2]). Quid enim petivit Apollodorus Polyclem?

Narrat autem primum orator testimoniisque confirmat Polyclem neque suo tempore, ut ad munus trierarchi accederet, Athenis profectum esse (§§ 14—18) neque, cum in oram Thraciam advenisset, navem suscepisse (§§ 29—54), quamvis, ut illud et hoc faceret, saepissime et per alios et ab actore ipso (§§ 24—28, 54) admonitum, neque Apollodoro precanti pecunias dedisse (§ 55 et 56). Quo verisimilius iudicibus videatur esse reum officium suum neglexisse, in fine orationis orator addit eum etiam Euripidi collegae non successisse in navi (§ 68).

Deinde testimoniis allatis ea exponit, quae Apollodorus adversario causas, cur navem suscipere nollet, praetexenti obiecerat. Primum autem Polycles et instrumenta navalia ut nimis splendide comparata et nautas remigesque ut nimia mercede corruptos recusaverat (§§ 34—35). Quae res ne Polyclem impediret succedere, actor ei solam navem obtulerat (§ 37). Tum adversarius collegam nondum venisse contenderat (§ 37). Ad haec Apollodorus primum responderat se a Polyclis syntrierarcho impensam, quam fecisset, impetrare conaturum esse (§ 39. ἐπειδή σοι φής, ὦ Πολύκλεις, τὸν συντριήραρχον οὐχ ἥκειν, τοῦ μὲν ἐπιτετριηραρχημένου χρόνου ἐκεῖνον ἐγὼ πράξομαι τἀνάλωμα, ἂν δύνωμαι, τῶν τεττάρων μηνῶν). At Polyclem Apollodoro successorem constitutum fuisse eamque ob causam solum in iudicium potuisse vocari supra monui. Inania igitur sunt verba, quae exscripsimus. Deinde Apollodorus obiecerat nihil esse, cur doleret, si navi a collega non suscepta octo menses (i. e. duos menses ultra legitimum tempus) munere

---

1) Videas, quaeso, A. Schaefer. l. l. pagg. 147 proxx., Lortzing. l. l. pagg. 10 proxx., 41 proxx., Darest. l. l. II, pagg. 232 proxx., Blass. l. l. pagg. 468 proxx.

2) Cf. Blass. l. l. p. 468 not. 2.

trierarchico fungeretur (§ 39). Quae verba multum valuisse apud indices vix crediderim.

In iudicio orator Polyclis refellendi causa exemplum probi trierarchi proponit: Mnesilochum quendam collega ad navem non profecto tamen ab Hagnia, cui successor datus erat, triremem accepisse, ei impensas restituisse armamentaque ab eo conduxisse (§§ 41 et 42). Quod exemplum haud inutile videtur esse.

Paragraphis 43 usque ad 52 auctor orationis accuratius exponit causas, cur Timomachus imperator adversarium ad navem accipiendam non coegerit. Quod orator eo consilio fecisse videtur, ne quis iudicum suspicaretur imperatorem iusta Polyclis causa prohibitum esse, quominus Apollodorum adiuvaret. Contendit autem primum Timomachum actoris navi optime instructa carere noluisse, deinde imperatorem persuasum habuisse Polyclem et navem susceptam minus diligenter curaturum et mercede non soluta iussis restiturum esse (§§ 43, 44, 52), tum Timomachum a Polycle pecuniam mutuatum esse, ea quidem conditione, ne ad navem suscipiendam creditorem cogeret (§ 44), denique Timomachum actori iratum fuisse, quod Callistratum exulantem Methone Thasum vehere recusaverat (§§ 45—51). Omnia, quae de Timomacho orator profert, nullo firmantur testimonio.

His de argumentatione orationis L. absolutis ad quaestionem

8. De argumentatione orationis LII.

nos vertamus.

Oratione LII. Apollodorus iudicibus persuasurus est Callippum iniuria in iudicio (§ 14) eam petere pecuniam, quam Lyco in Pasionis argentaria deposuerat[1]). In quam sibi ius esse (§ 10. ἡγοῦμαι γὰρ δίκαιος εἶναι ἔχειν), ut iudices crederent, Callippus contenderat, Lyconem Pasionem, cui ab illo ostentatus esset, iussisse eam, si quid sibi accidisset, illi solvi (§§ 20, 23 cl. § 18). Quae falsa esse ut demonstretur, orator primum narrat testimoniisque narrata fulcit Lyconem iussisse pecuniam depositam a Pasione tradi Cephisiadi, quem Archebiades et Phrasias

---

1) Adeas velim A. Schaefer. l. l. pagg. 134 proxx., Lortz. l. l. p. 43, Darest. l. l. II. pagg. 170 proxx., Blass. l. l. pagg. 455 proxx.

testes ad Pasionem adducturi fuissent (§§ 3—4, 6—7, 18—19); qua Lyconis voluntate cognita reum ipsum hereditatem aliquamdiu sibi omittendam duxisse (§§ 5—6, 19). Tum iure iurando, quod Apollodorus obtulerat, confirmat Callippum a Lycone non ad Pasionem adductum esse (§ 17). Denique adversarium a Lycone pecuniam dono accepisse veri dissimile esse dicit, quod eo familiariter non usus sit. Quae res si aliter se haberet, certe Lyco cum Megaclide quodam litigans Callippum testem advocasset (§§ 20—22) et profecturus pecuniam non apud Pasionem, sed apud reum reliquisset (§§ 23—24).

Secundo loco Callippus (quinque fere post menses, quam compererat pecuniam a Lycone relictam Cephisiadi solvendam esse) propterea iure se illam pecuniam petere dixerat, quod proxenus Heracleotarum esset: se ut proxenum certe Cephisiadi inquilino praeferendum, Lyconem neque liberos neque heredem domi reliquisse Argisque morientem ea, quae secum habuisset, consuli illa in urbe habitanti tradidisse (§§ 8—11). Quae quo iure Callippus contenderit, in oratione nostra non exponitur.

Tertio loco Callippus Pasionem damni actione persecutus affirmaverat eum *βλάπτειν ἑαυτὸν ἀποδιδόντα Κηφισιάδῃ τὸ ἀργύριον, ὃ κατέλιπε Λύκων ὁ Ἡρακλεώτης παρ' αὐτῷ, ἄνευ αὐτοῦ ὁμολογήσαντα μὴ ἀποδώσειν* (§ 14) eumque sibi pecuniam dare voluisse (§ 18). Quae dicentem scriptor orationis LII. ita reicit, ut Apollodori patrem a Lysithide arbitro, Callippi amico, non damnatum esse iudicibus in memoriam revocet (§§ 14—15) et dicat Apollodorum iuraturum fuisse non sibi videri Pasionem id, quod reus contenderat, pollicitum esse (§ 17).

Quod porro Callippus dixerat, Pasionem coram diaeteta iurare noluisse (§ 15), id eum mentiri orator hoc modo ostensurus est: si reus vera affirmavisset, Lysithides Pasionem condemnasset (§§ 15 et 16) et Apollodorus non causam *ἀργυρίου*, sed *ἐξούλης* diceret (§ 16); praeterea testes ad adversarium refellendum arcessuntur (§ 16).

Tum orator ne Callippus recte iudicibus videatur contenturus esse Pasionem eo consilio Cephisiadi pecuniam solvisse, ut ipse quaestum faceret (§ 26), duo argumenta affert, quorum primum est, non esse verisimile Apollodori patrem homini potentissimo consulto iniuriam intulisse,

alterum, Pasionem non turpi lucro inhiasse, sed probum virum fuisse; hoc inde posse cognosci, quod multa beneficia in rem publicam contulerit quodque Callippus ipse ei ut probo homini ius iurandum obtulerit (§§ 26—27). Quod etiam Callippus dixerat, Phormionem aliquid de pecunia intervertisse (§ 29), id refutare orator neglexit.

Tum reus Archebiadem falsi testimonii arguerat (§ 28). Quem ut defendat, orator dicit neque esse, cur Archebiades in virum potentem inquilini pauperis gratia falsa testatus sit (§§ 28—29), neque illum talem esse, qui falsi testimonii accusatus peieraturus fuerit (ib.).

Arbitrio denique Lysithidis fretus Callippus Apollodorum accusaverat (§§ 30—31). Quod arbitrium propterea nihili faciendum esse orator contendit, quod ab arbitro iniurato pronuntiatum sit (ib.).

Haec mihi visa sunt dicenda esse de argumentatione orationis LII. Pauca verba licebit facere

9. De argumentatione orationis LIII.

Oratione adversus Nicostratum habita Apollodorus iniurias, quas ei Arethusius et Nicostratus intulerant, ulciscendi causa (§ 2) demonstraturus est, duos servos, sive illius sive huius sunt, rei publicae esse (§§ 26—28)[1]. Quod ut efficiat, primum quidem probare studet duos illos servos non Nicostrati, sed Arethusii esse; et recte quidem; nam Arethusii bona publicata erant (§ 26). Confirmat autem testimoniis primum Cerdonem servum iam puerum Arethusii fuisse (§ 19), deinde Arethusium Cerdone ab aliquo conducto mercedes adeptum esse et delicto a servis commisso poenam et dedisse et sumpsisse (§ 20), tum Manem servum Arethusio pro debitis ab Archepolide concessum esse (§ 20), porro Arethusium servos locantem eorum loco redemptionem stipulatum esse (§ 21), denique neque Arethusium neque Nicostratum ausos esse servos ad tormenta coram magistratu praebere (§§ 22—25).

Deinde orator paragraphis 26 et 27 illos servos, etiamsi Nicostrati essent, secundum leges reipublicae deberi: hunc enim pecuniam, qua

[1]) Cf. A. Schaefer. l. l. pagg. 143 proxx., Lortzing. l. l. pagg. 10 et 43, Darest. l. l. II, pagg. 187 proxx., Blass. l. l. pagg. 459 proxx.

Arethusius frater multatus erat, solutum iri spopondisse. At adversarium re vera illud spopondisse nullo testimonio demonstratur.

Reliquum est, ut examinemus

10. Argumentationem orationis LIX.

Actor ea a iudicibus impetraturus est, ut Neaera venumdetur, ita quidem, ut eis persuadere studeat Stephanum Neaeram, mulierem peregrinam, in matrimonio habere (§§ 13 et 16[1]). Recte igitur orator ante omnia sibi probandum esse censet Neaeram re vera peregrinam esse. Confirmat enim testimoniis Neaeram ab initio Nicaretae (servam) fuisse (§§ 20—23), bis veniisse et corpus suum vendidisse (§§ 24—34, 108, qua § testimonia desiderantur), ut peregrinam coram polemarcho vadimonio obligatam fuisse (§ 40). At dubito, num iudices inde, quod rea scortum fuit, concluserint eam peregrinam esse, quamquam id fieri posse orator arbitratur (§ 108: *εἶτα τὴν τοιαύτην καὶ περιφανῶς ἐγνωσμένην ὑπὸ πάντων γῆς περίοδον εἰργασμένην ψηφιεῖσθε ἀστὴν εἶναι;*).

Iis, quae inde a § 50 enarrantur, primum demonstratur Stephanum Phano ut filiam suam civibus Atheniensibus in matrimonium dedisse. Deinde scriptor orationis LIX. sperat iudices iis adduci posse, ut et Neaeram peregrinam esse (cf. § 49: *βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ αὐτὸν Στέφανον τουτονὶ ἐπιδεῖξαι καταμεμαρτυρηκότ' αὐτῆς ὡς ἔστι ξένη*) et Phano non Stephani ex uxore Atheniensi, sed Neaerae esse iudicent (cf. §§ 62—63). Etenim testimoniis probatur Phano a maritis peregrinam, i. e. Neaerae, nec vero Stephani ex cive filiam habitam esse. Narrat autem primum haec: Phrastor, civis Atheniensis, cui Stephanus Phano ut suam filiam in matrimonium dederat, uxorem, cum eam moribus meretrici similem esse animadverteret nec Stephani ex cive uxore, sed Neaerae filiam esse comperisset (§ 51), ex domo sua eiecit et Stephanum, a quo dote non reddita *δίκης σίτου* reus factus erat, in ius vocavit, quod Phano ut suam filiam elocasset. Paulo post Stephanus, cum se convictum iri intellegeret, cum Phrastore pactus est, ut uterque litem tolleret (§§ 50—54). Cum Phrastor filium, quem uxor expulsa pepererat, adoptaturus esset,

---

[1]) Vide A. Schaefer. l. l. pagg. 179 proxx., Lortz. l. l. pagg. 44 proxx., Darest. l. l. II, pagg. 309 proxx., Blass. l. l. pagg. 476 proxx.

et invitus quidem (§ 58), cum phratores et gennetae recipere noluerunt. Quibus in iudicium arcessitis Phrastor iurare noluit illum filium sibi ex uxore Atheniensi esse (§§ 55—61).

Tum orator enarrat Epaenetum quendam Stephano litem intendisse, quod ei ut moecho apud Phano (Neaerae filiam et scortum, § 67) deprehenso hic triginta minas exegerit (§§ 64—71).

Postremo inde a paragrapho 72 exponitur Theogenem regem Phano, quam pro Stephani filia in matrimonium duxerit, ut peregrinam, i. e. Neaerae filiam (§ 81), domo expulisse (§§ 72—84).

Omnia haec, quae orator ad causam probandam inde a § 50 enarravit, propterea paululum infirmari non ego, quod ex iis luculenter apparet Phano non solum, cum eiceretur, peregrinam, i. e. Neaerae filiam, sed etiam, cum in matrimonium duceretur, civem Atheniensem habitam esse. Accurate tamen demonstratum videmus Neaeram esse peregrinam. Sed Stephanum re vera Neaeram in matrimonium duxisse nunquam probatur. In hac autem re totam causam positam esse supra diximus.

Quod praeterea orator demonstraturus erat: Phano, quam Stephanus pro sua filia in matrimonium dederit, Neaerae filiam esse (cf. § 13), Stephanum filios Neaerae ut suos ad phratores et demotas introduxisse, ad hoc spectat provocatio, de qua inde a § 120 auctor orationis agit.

Hisce expositis de argumentatione orationum XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX., quae invenisse mihi videor, paucis complexus hoc iudico: Excepta oratione LIX. in omnibus res, quae demonstrandae sunt, ita et testimoniis et argumentis firmantur, ut iudicibus plus minusve persuasum esse negari nequeat[1]). Minime hoc fieri potuisse videmus in oratione XXXXVI., cuius causa ita est comparata, ut eam ne Demosthenes quidem probabilem reddere potuerit[2]). Prorsus eodem autem vitio laborat argumentatio orationis LIX., quo laborare perspeximus orationes XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. Ut in his tribus orationibus paucissima invenimus probata, ita in reliquis septem paucissima

---

[1]) Cf. Sigg. l. l. pagg. 410 proxx.

[2]) oratio XXXXV. quin vere Demosthenica sit, iam non dubitandum mihi videtur. Cf. Lortz. Sigg. Blass. ll. ll.

sunt, quae inepta et inania esse dixeris. Plura contra tam argute sunt excogitata, ut iis minus attentos auditores falli potuisse apertum sit. Testimonia etiam rarius in his, quam in illis orationibus desunt.

Quae cum ita sint, non dubito, quin scriptor orationum XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. valde praeferendus sit auctori orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII.

Sed ut etiam ea argumenta, quae quod simillima inter se sunt, summo opere suadent, ut septem illas orationes ab eodem oratore profectas esse dicamus, breviter complectamur: ea, quae reus obicit, aliter accipiuntur atque illum voluisse crediderim XXXXVI. 6 et XXXXIX. 64. Et XXXXVI. 14 et XXXXVII. 12 sperat orator iudices nonnulla verba non audituros esse. Quam nefarium adversarius se praebuerit in alios, testimoniis probatur XXXXVII. 82 et L. 68 (cf. XXXXIX. 65—68). Similiter scriptorem orationum argumentari senties, cum negatum videbis Pasionem cum praefecto Boeotico et cum Cephisiade tanta familiaritate coniunctum fuisse, ut his pecuniam solveret (XXXXIX. 50 et LII. 1) et Lyconem Callippo tam familiariter usum esse, ut ei pecuniam dono relinqueret (LII. 20—24). Bis orator monet adversarium nullo testimonio ea, quae obiecerat, probavisse: XXXXVI. 19 et XXXXIX. 37—41 (cf. § 45). Res, quas contendit, iudicibus probare posse sibi videtur iuribus iurandis, quae actorem obtulisse dicit XXXXIX. 42—43 et LII. 17—19 (cf. L. 31). Causas, cur ius iurandum, quod reus obtulerat, non acceperit et cur servos ad torturam praebitos recusaverit, affert XXXXIX. 65 proxx. et LIII. 22 proxx. Simillima sunt enthymemata[1]), quae XXXXVII. 79, XXXXIX. 68, L. 67 invenies, quibus a iudicibus petit, ut actori causa probata faveant, eodem quidem modo, quo ei, si iniustus esset, succenserent.

Haec mihi proposui disputanda de argumentatione singularum orationum. Sequitur, ut disseram

II. De affectibus singularum orationum.

Primum affectus compositos (ἦθος) tractem. Conciliantur iudicum animi, cum mores et vita et facta eorum, pro quibus orator dicit, pro-

[1]) Cf. Quint. V, 10, 1.

bantur[1]). Quam rem scriptor orationis XXXV. plane neglexit. Maius cernitur studium actoris commendandi in oratione XXXXIII., maximum in oratione XXXXVIII. In illa enim enarratur Sositheum Eubulidem (III) filium avo adoptandum dedisse, ne Hagniae (I) familia interiret (§§ 11 et 13 cll. 73 et 84), Phylomachen (II) virginem heredem legi parentem in matrimonium duxisse (§§ 55 et 74), filio maximo natu patris nomen indidisse ὥσπερ καὶ δίκαιόν ἐστι (§ 74), semper enixum esse, ut familiae a Buselo oriundae servarentur (§§ 74 et 75), mortuos quam maxime adiuvisse (§ 81); in hac orator exponit Callistratum non esse eorum, qui et soleant et possint in iudicium venire (§ 1), iniuriis adversarii coactum, invitissimum, nullum sequestrum fugientem litem instruxisse (§§ 1 et 2), inprobum esse se putaturum, si per calumniam Olympiodorum petiverit (§ 2), precari iudices, ut controversiam componentes beneficiorum auctores existant (§ 3), Cononem sepeliendum et iusta solvenda esse, priusquam de hereditate disceptaretur, censuisse (§ 6), maluisse cum adversario cognato bona defuncti dividere, quam litigare (§ 8 cll. 19 et 20), reo permisisse, utram partem hereditatis sibi eligere vellet (§ 13), legibus obtemperavisse (§ 26), ea esse prolaturum, in quibus nulla sit suspicio (§ 39), pactionem cum Olympiodoro initam servasse (§§ 40 proxx.), peierare noluisse (§ 42), erubescere dicere id, quod dicturus est (§ 52). Huc accedit, quod in utraque oratione orator actores a iudicibus facit petentes, ut et alios et leges iuvent (XXXXIII. 84, XXXXVIII. 54).

In orationibus XXXXVI. LII. LIX. ἦθος prorsus deest; raro occurrit in ceteris. Etenim in orationibus XXXXVII. et L. fusius enarratur, quam bonos cives actores se praebuerint quamque libenter legibus rei publicae et populi iussis oboediverint (XXXXVII. 18 proxx., L. 3, 7 proxx., 45, 59, 62, 63). In illa praeterea orator monet actorem aequum fuisse in adversarios (§§ 44 et 81), in hac Apollodorum desiderio matris et uxoris aegrotantium paene exstinctum esse (§§ 61—62). In oratione adversus Timotheum conscripta nihil nisi Pasionem, patrem actoris, optimum virum fuisse dicitur (§§ 1 proxx.). In oratione LIII. expositum vides actorem multa contulisse in Nicostratum beneficia (§ 3 cll. proxx. §§),

[1]) Cf. Cic. de or. II, 43, 182.

non calumniandi studio accusationem per ἀπογραφήν instituisse (§ 1), verum se amicum in reum praestitisse (§§ 7, 8, 12).

Venio ad affectus concitatos (πάθος). Quorum sunt duo, ad quos oratores inprimis audientes trahere student: misericordia et odium[1]).

Ut misericordia moveatur, in omnibus orationibus exceptis XXXV. et LII. exponitur actores ab adversariis magnis iniuriis affectos esse. Cf. maxime XXXXIII. 71—72, XXXXVIII. 1—3 proxx., XXXXVI. 9, 27, XXXXVII. 18 proxx., L. 59, LIII. 14 proxx., LIX. 1—16. Scriptor orationis XXXV. commemorat actorem in sua ipsius urbe nihil peccantem sua ipsius pecunia privatum esse (§ 26), nihil iniquius, nihil indignius, nihil turpius fore, quam si actor lite amissa in carcerem abducatur (§ 47), Androclem legibus a Phaselitis violatis in ultima venisse pericula (§§ 50 proxx.), auctor orationis XXXXIII. iterum iterumque iudices rogat, ut Eubulidi (III) ceterisque Buselidis auxilientur (§§ 81 et 84).

Ut iudices reos oderint, scriptores orationum, quas inter se comparamus, duabus rationibus efficere solent: primum quidem ea enarrant, quibus adversariorum existimationi obtrectari posse putant, tum eis conviciantur. Sic enarratur XXXV. 1 Phaselitas pecunias mutuo sumptas reddere non solere, 2 contra eos solos plures intendi lites, quam in ceteros omnes, qui in Atheniensium mercaturam veniant, 5 et 50 iudicibus non minus, quam actori iniuriam inferri, 41 Lacritum non iure, sed eloquentia sua fretum se litem obtenturum esse sperare, 50 eam neglectam esse legem, de qua gravissimae poenae constitutae sint, XXXXIII. 2, 10, 29 adversarios iudices insidiis usos decepisse, 69—72 defuncti agros pessumdantes et in illum et in totam rem publicam iniurios se praestitisse, 76—78 Macartato a Theopompo matris cognato adoptato et Hagniae (I) domum desolavisse et leges contempsisse, XXXXIX. 65—68 Timotheum et civitatibus et hominibus privatis saepe et in magnis rebus fidem datam fefellisse.

Ab alio autem orationes XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. scriptas esse atque XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. plane persuasum habebis, si observaveris, quae convicia in illis reperiantur,

[1]) Cf. Cic. de or. II, 44, 185 proxx.

quae in his. Leges enim XXXV. 2. σοφίσματα εὑρίσκουσι καὶ παραγραφὰς καὶ προφάσεις καὶ εἰσὶ πονηρότατοι ἀνθρώπων καὶ ἀδικώτατοι, 5. ἡ μὲν τουτουὶ Λακρίτου πονηρία τοιαύτη ἐστίν, 7. οὐδὲν εἰδὼς — τὴν τούτων πονηρίαν, 8. πλεῖστον δ' ἄρ' ἦν ἐψευσμένος καὶ οὐδὲν ᾔδει οἵοις ἐπλησίαζε τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, 22. τοιαῦτα τούτων ἐστὶ τὰ κακουργήματα· ταῦτα δὲ πάντ' ἐστὶ τὰ σοφίσματα Λακρίτου τουτουί, 24. αἱ μὲν πανουργίαι τοιαῦται τῶν ἀνθρώπων τούτων εἰσίν, 25. ἐνταῦθα καὶ ἐπεδείξατο μάλιστα τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἀναίδειαν τὴν ἑαυτῶν, 26. ἐγὼ μὲν οὐδ' ἀκήκοα πώποτε πρᾶγμα μιαρώτερον ἢ ὃ οὗτοι διαπεπραγμένοι εἰσὶ περὶ ἡμᾶς, 32. ἄξιον δ' ἀκοῦσαι τὴν βδελυρίαν τῶν ἀνθρώπων τούτων καὶ τὴν ψευδολογίαν, 35. ἡ μὲν ἀναίδεια τοιαύτη τῶν ἀνθρώπων τούτων ἐστίν, 39. οὕτως εἰσὶν οὗτοι κακοῦργοι σοφισταὶ καὶ ἄδικοι ἄνθρωποι, 40. πονηροῦ γὰρ ταῦτ' ἔστι σοφιστοῦ καὶ οἰμωξομένου, 42. πῶς ἂν γένοιντο πονηρότεροι ἄνθρωποι, 46. ἀλλ' οὕτω βδελυρός τίς ἐστι καὶ ὑπερβάλλων ἅπαντας ἀνθρώπους, 52. οὗτοι δ' οἱ μιαρώτατοι ἀνθρώπων ἁπάντων, XXXXIII. 4. πονηρότατοι δόξαντες εἶναι, 6. οὕτως εἰσὶ μιαροὶ οὗτοι, 9. καὶ τὸ σόφισμα ἦν τοῦτο, 23. καὶ αἰσθήσεσθε τούτους ὅτι εἰσὶ βίαιοι καὶ ἀσελγεῖς ἄνθρωποι, 38. οὗτοι δὲ τά τ' ἄλλα πολλὰ καὶ ἀναίσχυντα παρεσκευάσαντο, 39. οὕτως ἦσαν ἀναίσχυντοι καὶ βδελυροί, 42. ὅτι τὸ πρότερον ἀναισχυντοῦντες περιεγένοντο, δίκαιον δ' οὐδὲν ἔλεγον, 56. καίτοι πῶς οἴεσθε, ὦ ἄ. δ., ἄτοπον εἶναι, ib. τούτων γένοιντ' ἂν ἄνθρωποι ἀναισχυντότεροι ἢ μιαρώτεροι, 65. ὑπεραναίσχυντον δὴ οὗτοι κατασκευάζουσι πρᾶγμα, 68. ἓν δὲ παρανομώτατον καὶ μιαρώτατον διαπεπραγμένοι εἰσίν, 77. καὶ οὕτως ἐστὶν ὑβριστής, 78. πῶς ἂν γένοιντο τούτων ἄνθρωποι παρανομώτεροι, 83. ὅπως μὴ ἐξερημωθήσεται αὐτῶν ὁ οἶκος ὑπὸ μιαρῶν τούτων θηρίων, 84. μὴ περιίδητε μήτε τὸν παῖδα τουτονὶ ὑβρισθέντα ὑπὸ τούτων, μήτε τοὺς προγόνους τοὺς τούτου ἔτι μᾶλλον καταφρονουμένους ἢ νῦν καταπεφρόνηται, XXXXVIII. 6. συνειδὼς ὅτι — ἀναισχυντεῖν ἐπεχείρει, ib. ἠγανάκτησα ἐπὶ τῇ ἀναισχυντίᾳ τοῦ λόγου, 36. καὶ πεμῶν προφάσεις ἀτόπους τινὰς καὶ ὑπονοίας καὶ αἰτίας ψευδεῖς ἐπιφέρει, καὶ περὶ τὸ πρᾶγμ' ὅλον ἄδικός ἐστιν ἄνθρωπος, 39. ἃ μὲν οὖν, ὦ ἄ. δ., οὗτος λέγει, ὑπόνοιαι πλασταί εἰσι καὶ προφάσεις ἄδικοι καὶ πονηρίαι, ib. φανερῶς δ' ἐπιδείξω τὴν τούτου ἀναισχυντίαν, 42. ὥστε ὑπεραβέλτεροί εἰσιν αἱ προφάσεις καὶ αἱ αἰτίαι, 46. ᾧ καὶ γνώσεσθε τουτονὶ, ὅτι ἄδικός ἐστι καὶ πλεονέκτης ἄνθρωπος, 49. οὕτω πεφιλοσόφηκεν, 51. οὐκ ἤδη καταφανὴς ἔσται, ὦ ἄ. δ., ὅτι ἀναισχυντότατός ἐστιν ἀνθρώπων ἁπάντων, 52, ἀδικεῖ δὲ τοὺς θεούς, οὓς ὤμοσε, καὶ ἐπιορκεῖ· ἀλλὰ

διέφθαρται, ὦ ἄ. δ., καὶ παραφρονεῖ, 52. *καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ λυμαινομένη ἅπαντας ἡμᾶς καὶ ποιοῦσα τουτονὶ περαιτέρω μαίνεσθαι*, 53. *οὗτος αἴτιός ἐστιν — ἀναισχυντῶν*, 54. *πῶς γὰρ οὐ μαίνεται*, 55. *οὗτος δὲ πῶς οὐ καταφανῶς μαίνεται καὶ παραφρονεῖ τοιαῦτα*, 56. *Ὀλυμπιόδωρος μὲν τοίνυν τοιουτοσί ἐστιν ἄνθρωπος, οὐ μόνον ἄδικος, ἀλλὰ καὶ μελαγχολᾶν δοκῶν, — παραφρονῶν ὡς οὐδεὶς πώποτε παρεφρόνησεν ἀνθρώπων, γυναικὶ πειθόμενος πόρνῃ*, XXXXVI. 1. *πανοῦργός τε γάρ ἐστι*, 5. *πῶς γὰρ οὐ περιφανῶς ἀναισχυντία δοκεῖ ὑμῖν εἶναι*, 25. *κακοτεχνῶν δὲ φαίνει —, κλέπτων δὲ τὰς ἀληθεῖς μαρτυρίας, ἐξαπατῶν δὲ τοὺς δικαστὰς, συνιστάμενος δ' ἐπὶ ταῖς δίκαις*, XXXXVII. 31. cl. 78. *δεινὴ γὰρ ἡ πλεονεξία τοῦ τρόπου περὶ τὰ διάφορα*, 59. *εἰς τοῦτο δ' ἦλθον πονηρίας*, 81. *οὗτοι δὲ οὕτως ἀσελγεῖς καὶ βδελυροί*, XXXXIX. 2. *ἡγήσεσθε — τοῦτον δ' οὐ μόνον ἀχάριστον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀδικώτατον πάντων ἀνθρώπων*, 67. *οὕτως ἄπληστος καὶ αἰσχροκερδὴς ὁ τρόπος αὐτοῦ ἐστιν*, L. 65. *ὅταν ὁρῶσι — μήτε τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκοσμοῦσι τιμωρίαν παρ' ὑμῶν*, LII. 15. *καίτοι οὕτω τινὲς ἀναίσχυντοί εἰσι*, LIII. 3. *τούτους τ' ἀνοσιωτάτους ἀνθρώπων ἡγήσασθε εἶναι*, 26. *Κατὰ πολλὰ μὲν οὖν ἔμοιγε δοκοῦσιν εἶναι ἀναίσχυντοι.* Scriptor orationis LIX. invehitur in Stephanum verbis his: 41. *συνεσυκοφάντει δὲ καὶ οὗτος*, 43. *ἦν — ἔτι συκοφάντης*, 44. *συκοφαντῶν — πεποίηκεν*, 64. *Σκέψασθε δὲ καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν — καὶ τὴν πονηρίαν*, 72. *εἰς τοσοῦτον ὕβρεως καὶ ἀναιδείας ἦλθε.*

Verum haec hactenus. Ostendisse enim mihi videor in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. summos esse affectus et compositos et concitatos; minus autem trahi auditores ad benevolentiam, misericordiam, odium in adversarios in orationibus XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX.

Sed iam satis satisque de inventione disseruimus; nunc disputemus, ut erat propositum,

B. De dispositione, quae est in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVI.—L. LII. LIII. LIX.[1]

Primum mihi proposui examinare, num tres principales orationis

[1] Hoc caput quaestionum mearum perlustrans conferas velim Volkmanni l., qu. i. D. Rhetorik d. Griechen u. Roemer, Lips. 1872.

partes (narratio *διήγησις*, confirmatio *ἀπόδειξις* s. *πίστις*, refutatio *τὰ πρὸς ἀντίδικον* s. *λύσις*) distinctae inter se in orationibus, de quibus agitur, atque ex rhetorum praeceptis collocentur. Atque primum quidem vidi scriptorem orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. nonnulla, quae in narratione exspectaveris, inseruisse reliquis orationis partibus. Etenim in oratione XXXV. narratio, qua orator, quem ad modum pactio confecta quemque ad modum laesa sit, exponit (§§ 6—29), continuatur iis, quae §§ 36—38 et 50—54 explicantur. Nam utroque loco commemoratur, uti in illa orationis parte, qua alia etiam ratione Phaselitae pactum neglexerint, illo quidem, quod 100 stateres Cyzicenos naviculario cuidam mutuos dederint, hoc, quod pecuniam, quae in Pontum data erat et rursus Athenas, in Chium vehi passi sint. Saepissime redit orator ad prius enarrata in oratione XXXXIII. Quod enim § 3a dicit, Phylomachen (II) secundum leges hereditate potitam esse adversariis ipsis eam Hagniae (II) cognatione proximam esse consentientibus, id § 32[1]) ita repetit, ut eam non insidiis usam, sed Hagniae (II) cognatione proximam in iudicio vicisse dicat. Quod §§ 8—10 enarrat, Phylomachen (II) litem contra Theopompum amisisse, cum adversarii paratissimi accesserint in iudicium, sibi invicem auxiliati sint falsaque protulerint, id accuratius explicatur non solum in narrationis ipsius §§ 29b—30, quibus, quo mendacio usus Theopompus vicerit, legis (Phylomachen (II) non fuisse Polemonis sororem germanam seque ex Hagniae (I) domo esse), sed etiam §§ 38—39a, ubi orator affirmat Phylomachae bona abiudicata esse, quod nullos testes arcessiverit, adversarii autem Phylomachen (II) sororem germanam Polemonis esse negaverint; quod § 13 commemorat, Sositheum Eubulidis (II) generum esse, id § 55 explicatius videmus expositum (actorem Phylomachen (II) legibus parentem in iudicio petivisse); quodque § 14 de Eubulidis (III) adoptione narrat, ei additur § 82 Macartatum ipsum aperto suffragio iudicavisse illum legitime adoptari et „parte carnium a puero accepta“ abiisse. Narratio orationis XXXXVIII. (§§ 4—33) duobus locis extenditur (§§ 43—44 et 48—49); altero ea, quae § 31 breviter indicata sunt ([*Ὀλυμπιόδωρος*] *ἔλεγεν ὅ τι ἐβούλετο, καὶ μαρτυρίας παρείχετο ἃς ἐδόκει*

[1]) continetur enim narratio §§ 3—30.

τούτῳ κἀγὼ — σιωπῇ ἐκαθήμην ἐπὶ τοῦ ἑτέρου βήματος), fusius enarrantur (Olympiodorum contendisse Callistratum a se domum Cononis conduxisse et pecuniam servo extortam mutuatum esse), altero aliquid novi additur (Olympiodorum ab actore provocatum noluisse exemplaria pactionis apud Androclidem depositae in echinum conici). In reliquis orationibus nusquam aliquid „*προϊόντος τοῦ λόγου*“[1]) additur. Absolvitur enim narratio in or. XXXXVII. §§ 18—73, in or. XXXXIX. §§ 6—32, in or. L. §§ 4—40 et 53—63, in or. LII. §§ 3—15a, in or. LIII. §§ 4—18, in or. LIX. §§ 16—117[2]).

Venimus ad confirmationem. Haec efficitur et testimoniis et iuribus iurandis, quibus ea, quae enarrata sunt, probantur (probatio inartificialis) et argumentis (*τεκμηρίοις*), quae sive ex testimoniis, legibus, oraculis eliciuntur sive mera coniectura efficiuntur (probatio artificialis). Ex quo sequitur probationem inartificialem artius cohaerere cum narratione. Distinctis autem verbis *μαρτυρίαι* opponuntur *τεκμηρίοις* XXXXVII. 11. *Ὅτι μὲν — μεμαρτύρηται ὑμῖν· ἵνα δὲ καὶ ἐκ τεκμηρίων εἰδῆτε, ὅτι —, δηλώσω ὑμῖν*, XXXXIX. 34. *Ὡς μὲν — αὐτός μοι μεμαρτύρηκεν —, ἔτι δὲ καὶ ἐκ τεκμηρίων πειράσομαι ἐγὼ ὑμᾶς διδάξαι, ὅτι —*, 65. *μαρτύρων μὲν ὄντων ἐμοὶ — περιφανῶν δὲ τεκμηρίων*, 69. *Ὅσων μὲν τοίνυν — ἠδυνάμην ὑμῖν μάρτυρας παρασχέσθαι, μεμαρτυρήκασί μοι· ἔτι δὲ καὶ ἐκ τεκμηρίων δεδήλωκα ὑμῖν ὅτι —*, L. 28. proxx. *ὡς οὖν πάντα ταῦτ' ἀληθῆ — λέγω, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. Ἐκ πολλῶν μὲν τοίνυν τεκμηρίων οἶμαι ὑμῖν ἐπιδεῖξειν*, 57. *Ὅσων μὲν τοίνυν ὑμῖν ἐδυνάμην τὰς μαρτυρίας παρασχέσθαι —, ἀνέγνωκεν ὑμῖν· ἔτι δὲ καὶ ἐκ τεκμηρίων ἱκανῶν δεδήλωκα*, LII. 17. *Ὅτι — ἔκ τε τῶν τεκμηρίων καὶ ἐκ τῆς μαρτυρίας ταύτης ῥᾴδιον ὑμῖν εἰδέναι.* Duo haec genera confirmationis distinguenda esse minus intellexisse videtur scriptor orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. Verba enim, quae exstant XXXXVIII. 39: *φανερῶς δ' ἐπιδείξω τὴν τούτου ἀναισχυντίαν τεκμήρια λέγων ἀληθινὰ καὶ πᾶσι γνώριμα, καὶ μάρτυρας παρεχόμενος περὶ ἁπάντων*, spectant ad ea, quibus orator adversarium refutaturus est. Tamen

[1]) [Dem.] XXXIII. 3, XXXXIV. 5, L. 31, LIX. 20.

[2]) Iis, quae sub finem narrationis hui. or. (§ 18) commemorantur, extenduntur ea, quae §§ 24—34 exposita sunt.

neque in his tribus neque in ceteris septem orationibus probatio inartificialis confunditur cum probatione artificiali. Testimonia autem proferuntur narratione ad finem perducta XXXXIII. 31, 35—37, 42—46, XXXXVIII. 33—34, quamquam iam § 11 hui. or. testimonio comprobatur primam pactionem initam esse, XXXXIX. 33 et 42, LIII. 18. Ipsa narratio testimoniis instructa est in or. XXXV. (§§ 14, 20, 23), in or. XXXXVII. (§§ 24, 27, 32, 40, 44, 48, 51), in or. L. (§§ 10, 13, 28, 37, 40, 56), in or. LII. (§§ 7 et 19), in or. LIX. (§§ 23, 25, 28, 32, 34, 40, 47, 48, 54, 61, 71, 84). Annotemus hic necesse est auctorem orationis XXXXIX. numulariorum et Pasiclis testimonia Apollodorique ius iurandum vix alio loco afferre potuisse atque quo attulit (§ 42). Ita enim haec sunt comparata, ut ad omnia, quae enarrata sunt, pertineant. Quod oratorem perspexisse ex verbis elucet, quae sunt § 18: *καὶ ταῦθ' ὅτι ἀληθῆ ἐστι —, μάρτυρα παρέξομαι, ἐπειδὰν καὶ περὶ τοῦ ἄλλου συμβολαίου διηγήσωμαι ὑμῖν, ἵνα τῇ αὐτῇ μαρτυρίᾳ περὶ ὅλου τοῦ χρέως ἀκούσαντες εἰδῆτε ὅτι ἀληθῆ λέγω.* Similia esse testimonia LIII. 18 allata docent verba § 18: *ὡς δ' ἀληθῆ εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, τούτων ὑμῖν μάρτυρας πάντων παρέξομαι.* Contra facillime inseri potuerunt testimonia narrationi orationis XXXXIII. Nam et iis, quae § 31 habes, et iis, quae legis §§ 35—37, et iis, quae sunt §§ 42—46, singula, quae ab oratore in narratione explicata sunt, confirmantur. Moleste etiam tulisse mihi videntur iudices, quod tot testimonia deinceps recitata audienda erant. Hoc oratorem ipsum sensisse conicio ex verbis § 47: *Ἀναγνῶναι μὲν τὰς μαρτυρίας ταύτας ἐξ ἀνάγκης ἦν, ὦ ἄ. δ.* Quam ob rem errare mihi non videor, si testimonia congerere magis puto esse eius, qui orationes XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. conscripsit, quam eius, qui reliquarum auctor est. — In tribus orationibus (XXXXVI. 28, XXXXVII. 82, L. 68) argumenta in fine totius orationis posita invenies. Iis, quae legimus in orationibus XXXXVII. et L., probatur adversarium se in alios talem praestitisse, qualem eum se in actorem praebuisse narratum est[1]).

Restat, ut de refutatione disseramus. Uno loco haec invenitur in or. XXXV. (§§ 30—35), in or. XXXXVIII. (§§ 35b—47), in or. L. (§§ 41—52), in or. LIII. (§§ 22—25), in or. LIX. (§§ 118—123). Ar-

[1]) Cf. hui. diss. pag. 36.

tissime cohaeret tota refutatio cum narratione in oratione L. Paragraphis enim 41—42 orator iis, quibus Apollodorum Polyclem, qui navem collega absente suscipere recusaverat (§ 37), refutasse narrat (§§ 39—40), in iudicio addit verba, quibus iudicibus persuadere vult Polyclem hac re non prohibitum esse, quominus munus trierarchi adiret. Sequentibus paragraphis (43—52) causae afferuntur, cur Timomachus, quo praesente Apollodorus reum, ut navem susciperet, hortatus erat, hunc non coegerit ad id faciendum, ne quis obicere possit Polyclem fortasse iure navem recusasse. Pars refutationis immixta est probationi inartificiali orationis XXXXIX. (§§ 33c—41). Quarum paragraphorum verba refutationis esse loco et per se patet et docet locus hic: *ἢ πῶς οἷόν τ' ἐστὶ τὸν μὲν Φιλώνδαν ἐμπορίας ἕνεκ' ἀγαγεῖν τὰ ξύλα, ὡς οὗτός φησι* (§ 36). Reliquam refutationem reperies §§ 44b—64, 65—67. In oratione LII. legitur pars refutationis inter narrationem et probationem inartificialem (§§ 15b—16). Reliqua, quae adversarius obiecerat, refutantur §§ 26—31. Diversissimis locis occurrit refutatio in oratione XXXXIII; interposita est partim probationi inartificiali (§§ 33—34), partim probationi artificiali (§§ 60—61, 67). Memoratu hic dignum est, quod in orationibus XXXXIX. LII. LIII. orator adversarium sive affirmantem sive negantem in provocatione aliquid aut factum aut dictum esse refellere studet, postquam cetera, quae reus obiecerat, reiecit. Agitur autem de iis, quae in arbitrio facta sunt, XXXXIX. §§ 65—67, LII. §§ 30—31, LIII. §§ 22—25.

Ex his, quae adhuc disputavimus de dispositione, elucet, quatenus partes principales cum partibus principalibus confundantur. Huc addendum videtur esse disiungi complurium orationum partes principales et cum ea, quae fusius exposita sunt, reminiscendi causa unum sub aspectum subiciuntur et cum adversarii petuntur. Fit autem illud in or. XXXV. § 43, in or. XXXXIII. §§ 40—42, 48—50, in or. XXXXVIII. § 35, in or. LIX. §§ 49, 64, hoc in or. XXXV. §§ 26—27 et 39b—42, in or. XXXXVIII. § 50.

Altero loco quaerere institui, num in orationibus nostris singula ita disposita sint, ut concinnus sententiarum ordo servetur. In or. XXXV. male causae, quae ante syngrapham recitatam affertur, cur pactio facta sit (§ 7: *καὶ ἡγούμενος ποιήσειν αὐτοὺς πάντα ὅσαπερ ὑπισχνεῖτο καὶ ἀνεδέ-*

χετο Λάκριτος οὑτοσί cl. § 8), aliae adduntur post recitatam syngrapham (§ 15: *κελεύοντος τούτου — ἐδάνεισα τούτου αὐτοῦ γράφοντος καὶ συσσημηναμένου* —, 16. *οὗτος ἦν ὁ πάντα διοικῶν, καὶ ἑαυτῷ με τὸν νοῦν προσέχειν ἐκέλευεν* cett.). Vitiosus est conexus sententiarum XXXXIII. 11—13. Quo loco primum narratur Sositheum Eubulidem (III) Eubulidi (II) adoptivum dedisse, tum, cur hoc actor fecerit. Itaque repetatur necesse est Eubulidem (III) adoptatum esse. Quinque illa argumenta, quibus in eadem oratione Macartatus obiecturus Theopompo in iudicio Hagniae (II) hereditatem adiudicatam esse refutatur (§§ 33—34), in duas quasi partes dividuntur verbis quarto argumento praemissis: *ταῦτα αὐτῷ ὑμεῖς, ὦ ἄ. δ., ὑπολαμβάνετε* (§ 33). Similes sunt duo loci orationis XXXXVIII; alter eorum legitur § 35: *Ὃν μὲν τρόπον, ὦ ἄ. δ., ἐξ ἀρχῆς διενειμάμεθα τὴν Κόνωνος οὐσίαν —, καὶ λόγῳ ἀκηκόατε καὶ μεμαρτύρηται ὑμῖν, καὶ ὡς οὗτος τὸ ἀργύριον ἔλαβε —, καὶ ὅτι οἱ ἐπιδικασάμενοι ἔλαβον ὅσα ἡμεῖς εἴχομεν*, alter §§ 46—47: *ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν — πρότερον ταῦτα λέγειν καὶ ἐπιδεικνύειν —, καὶ — ἀξιοῦν ἀναιρεῖσθαι τὰς συνθήκας — καὶ — διαμαρτύρασθαι, ὅτι —· ταῦτ' ἐχρῆν αὐτὸν —, καὶ μόνον προσιόντα τῷ Ἀνδροκλείδῃ διαμαρτύρασθαι* —.

Miram habes confusionem in eadem oratione inde a § 40. Refutationi enim eorum, quae Olympiodorus tertio loco obiecerat (Callistratum sibi semper adversatum esse, §§ 40—43, 45a), inserta sunt ea, quae quartum reus opposuerat (§ 44: *οὗτος γὰρ — κατεχρήσατο πρὸς τοὺς δικαστὰς ὅτι ἐγὼ τὴν οἰκίαν, ἣν ἔλαβον ἐν τῇ μερίδι τῇ ἐμαυτοῦ, μεμισθωμένος εἴην παρ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀργύριον, ὃ ἔλαβον, ὅτι ἐδανεισάμην παρ' αὐτοῦ*). Haec refelluntur § 45b: *ἢ διὰ τί σοι, Ὀλυμπιόδωρε, οὐδεπώποτέ μοι ἔλαχες ἐνοικίου δίκην τῆς οἰκίας ἧς ἔφασκες μισθῶσαί μοι ὡς σαυτοῦ οὖσαν, οὐδὲ τοῦ ἀργυρίου οὗ ἔλεγες, ὅτι ἐδάνεισάς μοι;*

In oratione XXXXVI. legem § 24 allatam adiungendam fuisse iis, quae inde a § 14 explicantur, Blassius[1]) vidit. Cur vero idem (l. l.) ea, quae § 11 leguntur, suo loco esse neget, equidem non intellego. Male XXXXVII. 14—15 ea verba, quae in principio periodi posita sunt, in fine eius repetuntur. Idem vitium cernitur XXXXIX. 35. Prorsus extra ordinem XXXXVII. 48 testimonio probatur non actorem solum,

[1]) l. l. p. 474 cl. not. 7.

sed alios etiam armamenta exegisse. Similiter in orationis XXXXIX. § 61 subito testes arcessuntur, qui Timotheum non Apollodoro soli, sed multis etiam aliis sine pignoribus debuisse confirment. In eiusdem orationis § 2 statim iteratur, quod § 1 dictum est: Timotheum esse ingratum. Refutationis partem, quae est §§ 33b—41, orator melius addidisset §§ 60—61, quibus refutat ea, quae ad quartum debitum pertinent. Verba, quae legis § 43: *Ὡς μὲν τοίνυν κατελείφθη ὀφείλων Τιμόθεος —, ὅ τε ἀδελφός μοι μεμαρτύρηκε καὶ ὁ Φορμίων —, κἀγὼ τούτων πίστιν ἠθέλησα ἐπιθεῖναι*, reprehenderim, quod primum Phormionis testimonium (§ 33), tum Apollodori ius iurandum (§ 42), denique Pasiclis testimonium (§ 42) recitata erant. Paragrapho 48 auctor orationis XXXXIX. reum obiecisse dicit mille drachmas (alterum debitum) *τὸν Βοιώτιον ναύαρχον — δανείσασθαι καὶ ὑποθεῖναι τούτου τοῦ ἀργυρίου τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ χαλκόν.* Duabus autem sequentibus paragraphis nihil negat, nisi praefectum classis boeoticae pecuniam mutuatum esse. Probaturo igitur nauarchum nullum aes oppignerasse repetenda sunt ea, quae Timotheus obiecerat (§ 51: *ἀλλὰ γὰρ ὑποθέσθαι φησὶν αὐτὸν χαλκόν*). Plane idem vitium cernes § 59: *Ἀπολογίαν τοίνυν ποιήσεται ὅτι — ἦν ἐγγεγραμμένος τό τε ναῦλον τῶν ξύλων εἰληφὼς καὶ τὴν τιμὴν τῶν φιαλῶν* cll. §§ 60—64. In orationis L. paragrapho quarta, postquam decretum factum esse *εἰσαγγελθέντων — πολλῶν καὶ μεγάλων πραγμάτων* narratum est, accuratius exponitur, qui fuerit tum reipublicae status. Quibus explicatis orator ad decretum redit (§ 6). Eodem modo dicit § 12 Apollodorum celeriter navi profectum esse (*ᾠχόμην ἀναγόμενος διὰ τάχους*). Tum explicat, quam inops ille ante discessum fuerit (§§ 12—13), ita ut ei § 13 iterandum sit Apollodorum solvisse et profectum esse (*ᾠχόμην ἀναγόμενος*). Quamquam § 11 verba facit haec: *τριήρους γὰρ ὁμολογεῖται κατάλυσις εἶναι πρῶτον μέν, ἐὰν μὴ μισθόν τις διδῷ, δεύτερον δέ, ἐὰν εἰς τὸν Πειραιᾶ μεταξὺ καταπλεύσῃ*, tamen multos nautas Apollodorum deseruisse dicit, primum, quod in Piraeum revertisset (§ 12), tum, quod stipendium non solutum esset (§§ 14—16). Qua in re cum recte temporis rationem habeat, melius ordinem verborum, quae ex § 11 adscripsimus, mutavisset. Paragrapho 15 nonnullae causae § 14 allatae (cur nautae actorem reliquerint) alio ordine repetuntur. Legis enim: *Ἐπειδὴ — ὅ τε χρόνος ἐξεληλύθει μοι τῆς τριηραρχίας* (= a) *καὶ μισθὸς οὐκ ἀπεδόθη τοῖς στρατιώ-*

ταις — (= b), *ἕτερός τε στρατηγὸς ἧκε Τιμόμαχος* (= c) *καὶ οὗτος διαδόχους οὐκ ἄγων ἐπὶ τὰς ναῦς* (= d) —, *πολλοὶ — ᾤχοντο ἀπολείποντες τὴν ναῦν —, τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ ἐξανηλωμένα ἤδη ὁρῶντες* (= b) —, *τὰ δὲ τῶν στρατηγῶν ἄπιστα* (= c) — *καὶ τὸν χρόνον ἐξήκοντα τῆς τριηραρχίας* (= a), *οὐδὲ διάδοχον ἥκοντα ἐπὶ τὴν ναῦν* (= d). Postquam exposuit, cur Timomachus Polyclem ad navem suscipiendam non coegerit (§§ 43 proxx.), vitiose pergit § 52 verbis his: *διὰ μὲν ταύτας τὰς αἰτίας, ἃς εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἠνάγκαζε παραλαμβάνειν τοῦτον τὴν ναῦν, ἔτι δὲ καὶ βουλόμενος αὐτὸς χρῆσθαι τῇ νηὶ ὡς ἄριστα πλεούσῃ.* Neque in or. LII. neque in LIII. neque in LIX. talia inveni vitia. Duarum orationum est proprium, ut idem argumentum bis vel ter repetatur[1]). Quae res ut planius intellegatur, ipsa verba subiungam:

XXXXIX. 35: *οἴεσθε γὰρ — τὸν πατέρα τὸν ἐμόν, εἰ μὴ — ἐδεήθη οὗτος* (sc. Timotheus) — *παρασχεῖν τὸ ναῦλον, ἐᾶσαι ἄν ποτε — ἀνακομίσαι τὸν Φιλώνδαν τὰ ξύλα ἐκ τοῦ λιμένος —;*	XXXXIX. 36: *ἔπειτα πρὸς τούτοις τίνι ὑμῶν εἰκὸς δοκεῖ εἶναι μὴ κελεύσαντος τούτου τὸ ναῦλον παρασχεῖν τῶν ξύλων — ἐᾶσαι ἀνακομίσαι τὰ ξύλα ἐκ τοῦ λιμένος —;*
ib. 37: *ὧν οὐδεὶς τετόλμηκε μαρτυρῆσαι τούτῳ ἢ ὡς οὐκ ἔλαβεν ὁ Φιλώνδας τὸ ναῦλον τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς τραπέζης.*	ib. 41: *μαρτυρίαν τοίνυν οὐδενὸς ἔχεις παρασχέσθαι — ὡς οὐκ ἐλήφθη — τὸ ναῦλον τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς τραπέζης.*
ib. 64: *κἆτα περὶ μὲν τοῦ ἄλλου χρέως σοι ἐπίστευσε, καὶ ἡγεῖτο, ἐπειδὰν ἔλθῃς, ἀπολήψεσθαι παρὰ σοῦ εὐπορήσαντος, περὶ δὲ τῶν φιαλῶν σοι ἀπιστήσειν ἔμελλεν;*	ib. 64. *καὶ τὸ μὲν ἄλλο χρέως σε οὐκ ἀπῄτει, ἀπορούμενον ὁρῶν· τὰς δὲ φιάλας ἔμελλεν;*
LII. 26: *εἶτα πρῶτον μὲν τὸν δυνησόμενον διπλάσιον τοῦ λήμματος κακὸν ποιῆσαι ἠδίκει —;*	LII. 27: *καὶ τῶν μὲν ξένων οὐδένα ἠδίκει, Κάλλιππον δέ;* ib. 29—30: — *ἴστε [αὐτὸν] — πρὸς Κάλλιππον οὐχ οὕτως ἔχοντα ὥστε καταφρονήσαντα τούτου ἀδικῆσαι ἄν τι αὐτόν; οὐ γὰρ οὕτω μοι δοκεῖ δύνασθαι ὥστ' εὐκαταφρόνητος εἶναι —.*
ib. 26: *ἔπειτα ἐνταῦθα μὲν αἰσχροκερδὴς ἦν, εἰς δὲ τὰς εἰσφορὰς καὶ λειτουργίας καὶ δωρεὰς τῇ πόλει οὔ;*	ib. 29: *πολὺ γὰρ αὐτὸν φιλότιμον ἴστε μᾶλλον ὄντα ἢ κακόν τι ἢ αἰσχρὸν ἐπιτηδεύοντα.*

[1]) Cf. Plass. l. l. p. 466 not. 4.

Tertium est propositum, ut, quatenus decursus orationum repetitionibus turbetur, doceam.

Oratores non solum iterant singulas sententias, sed repetunt etiam, ubi eosdem homines aut easdem res attingunt, levissima quaeque, quae ad eos spectant[1]). Sic exponitur in or. XXXV. §§ 3 et 44 bis Artemonem mortuum esse; §§ 8 et 15 cl. 16 Lacritum pollicitum esse fratres iusta quaeque praestaturos esse; §§ 9, 15, 17 pactionem eam esse, secundum quam actor pecuniam mutuam dederit; §§ 16 et 28 cl. 17. reum omnia administrasse; §§ 22 bis Phaselitas a iuvene quodam mutuatos esse; in or. XXXXIII. §§ 1, 3, 5, 6, 7, 15 bis, 20, 28, 31, 32, 34, 48, 49, 56, 65, 69 bis, 76, 77 hereditatem Hagniae (II) esse (ὁ κλῆρος ὁ Ἁγνίου); §§ 3, 31, 32 Phylomachen (II) defuncto genere proximam esse; §§ 4, 5, 7, 13, 21, 24, 27, 28, 29, 33 bis, 34, 41, 55, 59, 60 Theopompum Macartati patrem esse; §§ 4, 5, 7, 13, 21, 24, 27, 28, 29, 33 bis, 34, 41, 55, 59, 60 Theopompum Macartati patrem esse; §§ 6 et 30 hereditatem eam esse, quam iudices Phylomachae (II) adiudicaverint; § 7 cl. 4 Glauconem et Glaucum in iudicio victos esse; §§ 13 et 20 actorem Eubulidis (II) filiam in iudicio adeptum esse; § 15 cl. 13 Sositheum Eubulidem (III) Eubulidi (II) adoptavisse; §§ 20, 27, 32, 34, 40, 63 Hagniam (II) dici, οὗ ἐστιν ὁ κλῆρος; §§ 22 et 24 bis Phylomachen (I) Polemonis fuisse sororem; §§ 26, 34, 55 Macartatum Theopompi filium esse; §§ 29 cl. 13 Eubulidem (III) adoptatum esse; §§ 70 et 72 cl. 69 Hagniam (II) fundum reliquisse; in or. XXXXVIII. §§ 1, 5, 8, 54, 57 Callistratum Olympiodori filiam in matrimonio habere; §§ 1, 2, 3 actorem adversarium accusare coactum esse; §§ 5 et 6 Cononem mortuum esse; §§ 6, 8, 9, 19, 32, 37 bona ea esse, quam Cono reliquerit; §§ 9, 10, 11 cll. 12, 17, 18, 22, 30, 32, 38, 42 Olympiodorum et Callistratum pactiones iniisse et iurasse; §§ 9, 10, 18, 42 quid hi pacti sint; §§ 11, 47, 48 cl. 46 Androclidem eum esse, apud quem pacta deposita sint; §§ 12, 17, 38 cl. 32 pacta ea esse, quae apud Androclidem deposita sint; §§ 14 et 15 Cononem Moschioni fisum esse; §§ 14 et 15 Moschionem clam Cononi pecuniam abstulisse; §§ 17 bis, 18 pecuniam a servo traditam esse; §§ 27, 32, 34 bis cll. 17 et 18

[1]) Cf. Lortzing. l. l. pagg. 30 proxx., Sigg. l. l, pagg. 426–427.

servum tortum esse; §§ 27, 32, 34, 35 adversarios omnia accepisse; in or. XXXXVII. §§ 7, 40, 47 cll. 8, 35, 39 id agi, uter prior per iniuriam alteri manus attulerit, hoc sibi velle verbum αἰκίας; §§ 31 et 78 permagnam esse adversarii avaritiam; § 37 cll. 35 et 36 mulierem Theophemum arcessivisse; §§ 53 et 76 actorem agros colere ad Hippodromum; §§ 64, 77, 81 actorem multatum esse mille trecentis drachmis, duobus obolis[1]); in or. XXXXIX. §§ 1 bis, 2, 4, 6, 7, 17 bis, 18, 21, 22, 23 bis, 25, 26, 27, 28, 29, 31, 32, 34, 36, 39 bis, 40 bis, 41, 46, 48 bis, 50, 51, 53 bis, 54 bis, 55, 57, 58, 60 ter, 64, 69 patrem dici Apollodori (ὁ πατὴρ ὁ ἐμός); §§ 6, 7, 10, 44 Antimachum quaestorem esse; §§ 6, 7, 8 Antimachum eum esse, cui Timotheus pecuniam dari iusserit; §§ 14 et 15 Antiphanem appulisse quaestorem Philippi navicularii; §§ 16 et 18 cll. 14 et 15 illam commemorari pecuniam, quam Timotheus in Calauria mutuatus sit; §§ 22, 24, 31, 55, 62 Aeschrionem pedissequum esse; §§ 24 et 31 cll. 22 et 24 Alcetam et Jasonem Timotheum adiisse; §§ 24 cl. 22 Timotheum duas phialas petivisse; §§ 25, 26 bis, 28, 29, 35, 39, 40, 41, 60 bis Timotheum Philondam ostendisse; §§ 36 et 37 cl. 26 ligna ab Amynta data esse; §§ 37 et 39 cl. 34 ligna Philondam vexisse; §§ 43 et 44 cl. 30 Phormionem pecuniam dedisse; in or. L. §§ 7 et 12 Apollodorum navem implevisse donis et stipendiis datis; §§ 10 et 14 actorem stipendia non nisi duorum mensium dedisse; §§ 10, 14, 18, 25, 58 cll. 20, 24, 36 factum esse aliquid, cum tempus trierarchiae exierit; §§ 24 et 26 Diniam affinem actoris esse; §§ 53 bis Lycinum iussum esse quottidie argentum nautis dare; in or. LII. §§ 3, 6, 8 Cephisiadi argentum reddendum adscriptum esse; §§ 3, 8, 14, 18 eam dici pecuniam, quam Lyco reliquerit; §§ 3 et 9 Cephisiadem in Scyro habitasse; §§ 4 et 7 Archebiadi et Phrasio a Lycone mandatum esse, ut Cephisiadem Pasioni ostentarent; §§ 5 et 9 Callippum proxenum Heracleotarum esse; § 15 bis Lysithidem Callippi familiarem esse; in or. LIII. §§ 2, 19, 22 cll. 10 et 14 actorem velle ostendere mancipia Arethusii esse; §§ 6 et 7 Dinonem fratrem Nicostrati esse; §§ 7 et 8 Apollodorum Dinoni pecuniam in viaticum dedisse; in or. LIX. §§ 94 et 97 Pausaniam Lacedaemoniorum

[1]) Cf. Blass. l. l. p. 488 not. 2.

regem fuisse; §§ 119 cll. 14, 16, 17, 43 bis, 63, 64 demonstratum iri Neaeram esse peregrinam; § 126 cl. 125 actorem Neaeram ξενίας accusasse.

Docent haec exempla repetitiones in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. paulo frequentiores esse, quam in orationibus XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX.

Quoniam exposui de inventione orationum, quas tracto, deque earum dispositione, restat, ut disseram

C. De elocutione orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVI.—L. LII. LIII. LIX.

ex qua facillime perspici poterit, quanta diversitas intercedat inter orationes XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. et XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX.

Atque primum quidem

I. De ornatu

si placet disputemus.

Iam ut primo loco commemorem ea, quae eodem modo atque affectus compositi et concitati indicant, qui sit orationum habitus et quasi color: primum memoratu dignum videtur esse scriptorem orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. in deliciis habere verba, quibus maior quaedam inest gravitas, superlativos eorum quoque verborum, quae per se graviora sunt, gradationem, quae fit ὑπέρ praepositione praefixa. Talia raro in reliquis septem orationibus obviam sunt.

Atque verborum quidem, quae magna sunt vi, exempla afferre sufficiat haec:

XXXV. 8. θηρίοις, 9. ἐτοιχωρύχησαν (cl. § 47. τοιχωρύχους), 25. ὕθλον καὶ φλυαρίαν, 26. πρᾶγμα μιαρώτερον, 32. βδελυρίαν, ib. ψευδολογίαν, 39. κακοῦργοι σοφισταί, 40. πονηροῦ σοφιστοῦ — καὶ οἰμώξομένου, 46. βδελυρός;

XXXXIII. 6. μιαροί, 23. βίαιοι καὶ ἀσελγεῖς, 39. ἀναίσχυντοι καὶ βδελυροί, 56. ἀναισχυντότεροι ἢ μιαρώτεροι, 72. καταφρονητικῶς ἠκίσατο, 77. ὑβριστής, 83. μιαρῶν τούτων θηρίων;

XXXXVIII. 36. προφάσεις ἀτόπους — καὶ ὑπονοίας, 39. ὑπόνοιαι πλασταί, 52. διέφθαρται — καὶ παραφρονεῖ, 53. λυμαινομένη, ib. περαιτέρω μαίνεσθαι, 54. μαίνεται, 55. μαίνεται καὶ παραφρονεῖ, 56. μελαγχολᾶν δοκῶν, ib. παρεφρόνησεν;

XXXXVI. 1. πανοῦργος;

XXXXVII. 81. ἀσελγεῖς καὶ βδελυροί;

XXXXIX. 67. ἄπληστος καὶ αἰσχροκερδής;

LIX. 33. ἀσελγῶς καὶ προπετῶς, 35. ἀσελγῶς προὐπηλακίζετο.

Huc addendum videtur legi

in or. XXXV. ἅπας quinquies decies (§§ 2, 4 bis, 15, 16, 17, 27, 30, 40, 45, 46, 52 ter, 56), πᾶς octies (§§ 7, 8, 16, 22, 28 bis, 31, 35), οὐδ' ὁτιοῦν septies (§§ 17, 25, 27, 30, 33, 39), οὐδ' ὁπωστιοῦν semel (§ 6), πώποτε negatione praecedente ter (§§ 26, 38, 40), solum semel (§ 35), αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν semel (§ 27);

in or. XXXXIII. ἅπας vicies (§§ 2, 4, 6, 7, 8, 9, 18 ter, 19 ter, 22, 30, 31, 35, 62, 65, 79 bis), πᾶς octies (§§ 1, 3, 6, 30, 50, 59, 79 bis), οὐδ' ὁτιοῦν quater (§§ 20, 49, 50, 60), μηδ' ὁτιοῦν semel (§§ 55), τὸ παράπαν octies (§§ 17, 33, 39, 48, 52, 55, 59, 64), πώποτε cum negatione septies (§§ 10, 20, 29, 34, 56 bis, 83), αὐτὸς ἑαυτοῦ semel (§ 47), αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν semel (§ 50);

in or. XXXXVIII. ἅπας quater et vicies (§§ 5 bis, 6 bis, 7 bis, 9, 10, 12, 14, 15, 18, 19, 23, 25, 27, 30, 32 bis, 33 bis, 34, 39, 40, 42, 48, 51, 52, 53, 55, 56, 57, 58 bis), πᾶς undecies (§§ 8, 9, 10, 18, 27, 31, 32, 39, 44, 46, 56), οὐδ' ὁτιοῦν sexies (§§ 4, 16, 32, 37, 44, 51), μηδ' ὁτιοῦν bis (§§ 9 et 50), τὸ παράπαν bis (§§ 23 et 37), πώποτε post negationem quinquies (§§ 45 bis, 47, 53, 56), οὐδέποτε semel (§ 36), αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ semel (§ 15), αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ semel (§ 18);

in or. XXXXVI. ἅπας quinquies (§§ 4, 12 bis, 27, 28), πᾶς ter (§§ 1, 12, 25), πώποτε post negationem bis (§§ 8 et 28);

in or. XXXXVII. ἅπας quinquies (§§ 3, 26, 43, 68, 82), πᾶς quater (§§ 33, 52, 54. 81), ὁπωστιοῦν semel (§ 12), πώποτε praecedente negatione ter (§§ 19. 23, 30);

in or. XXXXIX. ἅπας quinquies (§§ 4, 7, 10, 11, 49), πᾶς quinquies (§§ 2, 6, 33, 46, 66);

in or. L. ἅπας decies (§§ 2 bis, 3, 7, 11, 27, 43, 64 bis, 66), πᾶς ter (§§ 28, 68, 71), οὐδέπω semel (§ 23);

in or. LII. ἅπας quater (§§ 5, 7, 8, 33), πᾶς ter (§§ 4, 23, 32), πώποτε cum negatione bis (§§ 21 et 22), solum semel (§ 2);

in or. LIII. ἅπας sexies (§§ 2, 4, 12, 20, 25, 27), πᾶς ter (§§ 15, 18, 29), οὐδ' ὁτιοῦν semel (§ 15), πώποτε cum negatione semel (§ 4), solum (§ 20), οὐδέποτε semel (§ 29);

in or. LIX. ἅπας semel et vicies (§§ 2, 6 bis, 7, 12, 15, 19, 29, 51, 74, 85, 88, 92 bis, 93, 101 bis, 103, 104, 107, 108), πᾶς vicies (§§ 2, 4, 5, 8, 28, 37, 46, 55, 73, 91, 99, 100, 104, 108 bis, 109 bis, 120, 125, 126), ὁπωστιοῦν semel (§ 113), πώποτε cum negatione ter (§§ 1, 8, 10).

Superlativa deinde animadverti

in or. XXXV. duodecies: §§ 1. δεινότατοι, 2. πονηρότατοι, ib. ἀδικώτατοι, 6. ὡς οἷόν τε μάλιστα, 8. πλεῖστον, 17. τάχιστα, 25. μάλιστα, 26. καινότατον, 28. δεινότατον, 29. ὡς τάχιστ', 43. σοφώτατον, 52. μιαρώτατοι;

in or. XXXXIII. quater et tricies: §§ 2. ὡς ἂν οἷός τε ὦ σαφέστατα, 3, 12, 13, 17, 31, 32, 33, 55, 66, 76. ἐγγυτάτω, 4. πλείστας, ib. πονηρότατοι, 12. οἰκειότατον, 12 bis, 18, 39, 68, 69. μάλιστα, 14. ἄριστα, 18. βραχυτάτων, 25. οἰκειότατος, 32. ὡς οἷόν τε δικαιότατα, 68. παρανομώτατον, ib. μιαρώτατον, 69. πλείστου, 74. πρεσβυτάτῳ, ib. νεωτάτῳ, 75. ὅτι μάλιστα, ib. πρώτιστον, 80. τοὐλάχιστον, 81. δικαιότατον, ib. ὡς οἷός τ' εἰμὶ μάλιστα;

in or. XXXXVIII. bis et vicies: §§ 1 et 58. ἥκιστα, 2 et 45. μέγιστον, 2 et 6. ὡς οἷόν τε μάλιστα, 3, 14, 58. μάλιστα, 22. ἄριστα, ib. et 30. ἀσφαλέστατα, 24. καλλίστη, 29. ἀσφαλέστατον, 33. πρώτιστον, 37. πλεῖστοι, 42, 53, 58. βέλτιστον, 48 et 58. δικαιότατον, 51. ἀναισχυντότατος;

in or. XXXXVI. nusquam;

in or. XXXXVII. octies: §§ 4 et 51. μάλιστα, 23. ὡς ἐλάχιστα, 70. ὡς ῥᾷστα, 74. οὐχ ἥκιστα, 75 bis ὡς πλεῖστα, 8. ἰσχυροτάτης;

in or. XXXXIX. octies: §§ 1. βέλτιστον, 2. μεγίστοις, ib. ἀδικώτατον, 9. μεγίστης, 10. πιστότατα, 13 et 50. μεγίστῳ, 66. περιφανέστατα;

in or. L. undevicies: §§ 1 et 45. μάλιστα, 7 et 9. πρῶτος, 7. ὡς οἷόν τ' ἦν ἀρίστους, ib. ὡς οἷόν τ' ἦν κάλλιστα, ib. διαπρεπέστατα, ib. κρατίστην, 8. ἐλάχιστον, 11 et 15. πλείστη, 12. ἄριστα, 16. πλεῖστον, 18. ὡς ἂν δύνηται ἀρίστους, 24. ὡς τάχιστα, 29. ὡς ἐδυνάμην πλείστους, 46 et 52. ἄριστα, 61. πλείστου;

in or. LII. semel: § 12. μεγίστη;

in or. LIII. novies: §§ 1. μέγιστον, 2. δεινότατον, 3. ἀνοσιωτάτους, 13. τὴν ταχίστην, 16. μεγίστην, 22. πρώτη, 26. οὐχ ἥκιστον, 27. εὐπορώτατος, 29. μάλιστα;

in or. LIX. quater et vicies: §§ 1 bis ἐσχάτους, 3. μεγίστους, 6 et 7. ἐσχάτην, 12. ἀνανδρότατον, 19. ὡς μεγίστους, 53. ἐσχάταις, 58. τάχιστα, 62. οἰκειοτάτους, 67 et 126. μάλιστα, 74. σεμνοτάτας, 76. ἀρχαιοτάτῳ, ib. ἁγιωτάτῳ, 88. κυριωτάτους, 89. κάλλιστα, ib. σεμνότατα, 92. κυριώτατος, 98. οὐχ ἥκιστα, 107. ἀρίστους, 108. πλείστη, 111. σωφρονέστατα, 122. ἀκριβεστάτης.

Verborum denique, quibus ὑπέρ praepositio praefixa est, exempla exstant haec:

XXXXIII. 29. ὑπερμέγεθες, 65. ὑπεραναίσχυντον, 69. ὑπέρπολυ;
XXXXVIII. 42. ὑπεραβέλτεροι[1]).

Tum omnibus orationibus eundem esse habitum negabis, cum quatenus in iis obviam sit „ea dissimulatio, quam Graeci εἰρωνείαν vocant“[2]), quemque ad modum sive adversarii sive alii acerbis facetiis irrideantur videris. Legimus enim

in or. XXXV. §§ 1—2. Οὐδὲν καινὸν διαπράττονται οἱ Φασηλῖται, ὦ ἄ. δ., ἀλλ' ἅπερ εἰώθασιν. οὗτοι — ἐπειδὰν — [χρήματα] λάβωσι καὶ συγγραφὴν συγγράψωνται ναυτικήν, εὐθὺς ἐπελάθοντο καὶ τῶν συγγραφῶν καὶ τῶν νόμων καὶ ὅτι δεῖ ἀποδοῦναι αὐτοὺς ἃ ἔλαβον καὶ οἴονται, ἐὰν ἀποδῶσιν, ὥσπερ τῶν ἰδίων τι τῶν ἑαυτῶν ἀπολελωκέναι, 15. οὑτοσὶ δὲ Λάκριτος Φασηλίτης, μέγα πρᾶγμα, Ἰσοκράτους μαθητής, 16. καὶ λόγους θαυμασίως ὡς πιθανοὺς ἔλεγεν, 26. ἀλλὰ πεπόνθαμεν καινότατον, ὦ ἄ. δ., — σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ὑπὸ τούτων Φασηλιτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων συλῶν Φασηλίταις κατ' Ἀθηναίων, 40. ἐγὼ — οὐδενὶ πώποτ' ἐφθόνησα οὐδ' ἐπετίμησα, ὦ ἄ. δ., εἴ τις βούλεται σοφιστὴς εἶναι καὶ Ἰσοκράτει ἀργύριον ἀναλίσκειν· μαινοίμην γὰρ ἄν, εἴ τί μοι τούτων ἐπιμελὲς εἴη, 42. ἐπεὶ οὖν — πιστεύει — ταῖς χιλίαις δραχμαῖς, ἃς δέδωκε τῷ διδασκάλῳ;

in or. XXXXIII. §§ 10. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιβουλευσάντων καὶ συναγωνιζομένων ἀλλήλοις ἐφ' ἡμᾶς — εἰκότως, οἶμαι, οἱ δικασταὶ ἐξηπατήθησαν, 25. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι, ὦ ἄ. δ., εἴπερ καὶ ὁ υἱὸς οἰκειότατός ἐστι καὶ ἡ

---

[1]) Cf. XXXV. 46. ὑπερβάλλων.
[2]) Cic. Ac. 2, 5, 15.

θυγάτηρ, πάλιν ὁ ὑϊδοῦς καὶ ὁ ἐκ τῆς θυγατρὸς υἱὸς, οὗτοι οἰκειότεροί εἰσι μᾶλλον ἢ —, 65. *ὑπεραναίσχυντον δὴ οὗτοι κατασκευάζουσι πρᾶγμα, ὡς ἄρα δεῖ ἡμᾶς καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ἡμετέρας τοῦ μὲν σώματος τοῦ Ἁγνίου* — *κληρονόμους εἶναι*, 67. *ἐγὼ δ' ᾤμην, ὦ ἄ. δ., προσήκειν τὸν τἀλλότρια ἀδίκως ἔχοντα οὐκ ἐγκαλεῖν, εἰ πλείω χρόνον εἶχεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι*, 73. *βούλομαι* — *ἐπιδεῖξαι ὅτι οὐχ ὁμοίως τούτοις ἐπιμέλειαν ἐποιησάμην τοῦ οἴκου τοῦ Ἁγνίου, ὅπως μὴ ἐξερημωθήσεται.*

Ex oratione XXXXVIII. huc referenda sunt verba, quae sunt § 28: *καὶ τὰ μὲν πραχθέντα ταῦτ' ἦν ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ Ὀλυμπιοδώρου, καὶ τῆς κοινωνίας τῆς πρὸς τοῦτον ταῦτ' ἐγὼ ἀπέλαυσα.*

Ex reliquis orationibus praebet

XXXXVI. exempla haec: §§ 1. *Ὅτι μὲν οὐκ ἀπορήσειν ἔμελλε Στέφανος οὑτοσὶ ὅ τι ἀπολογήσεται — καὶ αὐτὸς σχεδόν τι ὑπενόουν, ὦ ἄ. δ.*, 17. *εἶτα δὲ οὐδὲ ἐδόκουν ἐμὲ οὕτω δεινὸν ἔσεσθαι ὥστε ταῦτα ἀκριβῶς ἐξετάσαι*, 27. *Ἡδέως ἂν τοίνυν ὑμᾶς ἐροίμην — κατὰ ποίους νόμους ὀμωμοκότες δικάζετε, πότερα κατὰ τοὺς τῆς πόλεως ἢ καθ' οὓς Φορμίων αὑτῷ νομοθετεῖ;*

XXXXVII. hoc: § 8. *τὴν δ' ἄνθρωπον — ἐρεῖν τἀληθῆ οὐκ ἐκ γραμματείου μαρτυροῦσαν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰσχυροτάτης μαρτυρίας, βασανιζομένην;*

XXXXIX. hoc: § 52. *οὐ γὰρ δήπου ἄνευ γε σταθμοῦ ἔμελλεν οὔθ' ὁ ὑποτεθέμενος παραλήψεσθαι οὔθ' ὁ ὑποτιθεὶς τὸν χαλκὸν παραδώσειν, οὐδ' αὖ ὁ πατὴρ ἔμελλεν αὐτὸς οὔτε οἴσειν τὸν χαλκὸν οὔτε στήσεσθαι, ἀλλ' οἰκέται ἦσαν αὐτῷ, οἳ παρελάμβανον;*

LII. haec: §§ 22. *Οὑτωσὶ μὲν οἰκείως φαίνεται χρώμενος, ὦ ἄ. δ., ὁ Λύκων τῷ Καλλίππῳ ὥστε μήτε παρακαλεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ πράγματα μήτε κατάγεσθαι*, 30. *οὐ γὰρ οὕτω μοι δοκεῖ δύνασθαι ὥστ' εὐκαταφρόνητος εἶναι, ὃς οὕτως ἐρρωμένος ἐστὶν ὥστε* —[1]:

LIII. hoc: *ἐπειδὴ δ' οἱ νόμοι κελεύουσι τἀκείνου ἡμέτερα εἶναι, τηνικαῦτα πένης ὢν φαίνεται ὁ Ἀρεθούσιος.*

Exempla sentis ironiae pauciora esse in orationibus XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX., quam in XXXV. XXXXIII. XXXXVIII.

---

[1]) In or. LII. § 29 nihil video ironiae, id quod Blass. (l. l. p. 459 not. 6) contendit.

Age vero nunc quaeratur, quatenus in orationibus, de quibus agimus, et sententiae et singula verba aliis eodem loco positis exornentur atque amplificentur. Amplificationis autem tria potissimum genera discernenda videntur[1]). Primum quidem iis cernitur locis, quibus ea, quae negative expressa sunt, affirmative iterantur (*σχῆμα κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν, ὅπερ συνίσταται ἐκ τῆς „οὐ" καὶ τῆς ἐναντίας αὐτῇ, καὶ μάλιστα τοῦ „ἀλλά" συνδέσμου, εἰ καὶ πλεῖστοι ἕτεροι εὑρίσκονται*[2]). Sunt autem hi:

XXXV. 1. *οὐδὲν καινὸν διαπράττονται — ἀλλ' ἅπερ εἰώθασιν*, 4 cl. 44. *ὅτι οὐκ ἔστι κληρονόμος, ἀλλ' ἀφίσταται τῶν ἐκείνου*, 7. *οὐδὲν εἰδὼς — τὴν τούτων πονηρίαν, ἀλλ' οἰόμενος εἶναι ἐπιεικεῖς ἀνθρώπους*, 25. *ὅτι οὐδὲ μικρὸν προσεῖχον τοῖς γράμμασι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῇ συγγραφῇ, ἀλλ' ἡγοῦντο εἶναι τὴν συγγραφὴν ἄλλως ὕθλον καὶ φλυαρίαν*, 27. *ὅτι δὲ κατὰ τὴν συγγραφὴν οὐδ' ὁτιοῦν πεποιήκασιν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀρξάμενοι ἐκακοτέχνουν καὶ ἐπεβούλευον μηδὲν ὑγιὲς ποιεῖν*, 28. *εἰς μὲν τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον οὐ καταπλέουσιν, εἰς φωρῶν δὲ λιμένα ὁρμίζονται*, 37. *ἡ δὲ συγγραφὴ οὐ ταῦτα λέγει —, ἀλλ' ἀντιφορτισαμένους ἀπάγειν κελεύει Ἀθήναζε*, 39. *τούτοις — οὐδὲν ἐμέλησε τῆς συγγραφῆς ταύτης, ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν ἐχρῶντο τοῖς ἡμετέροις ὥσπερ ἰδίοις οὖσιν αὐτῶν;*

XXXXIII. 3. *γένει μὲν ὡς ἐγγυτέρω τις εἴη αὐτῶν τῆς γυναικὸς, οὐδ' ἐπεχείρησεν οὐδεὶς ἀντομόσαι (ὡμολογεῖτο γὰρ παρὰ πάντων τῆς γυναικὸς εἶναι ἡ κληρονομία κατὰ τὴν ἀγχιστείαν)*, 5. *οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ ἐδίκασεν ὅτι οὐδαμόθεν αὐτῷ προσῆκεν οὐδὲν τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου*, 32. *καὶ αὕτη ἐνίκησεν οὐδεμιᾷ παρασκευῇ ἀδίκῳ οὐδὲ συνωμοσίᾳ, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατα*, 53. *Οὐ τοίνυν, ὦ ἄ. δ., ταῦτα μὲν ἔδωκεν ὁ νομοθέτης τοῖς προσήκουσιν, ἕτερα δ' οὐ προσέταξεν, ἀλλὰ πολλὰ πάνυ ἐστὶν ἃ προστάττει ποιεῖν*, ib. *καὶ πρόφασιν οὐδεμίαν δίδωσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης δεῖ ποιεῖν*, 80. *οὐ κεκοινωνήκασι τούτου* (sc. *τοῦ μνήματος*), *ἀλλ' αὐτοῖς ἰδίᾳ ἐποιήσαντο μνῆμα;*

---

[1]) In universum de amplificatione exposuit Rehdantzius in prima indicum parte s. v. Erweiterung.

[2]) Cf. Rehdantzii indic. I. p. 160 (v. *ἄρσις*) et H. Schwebschii diss. inaug., qu. i. De oratione quae contra Leocharem a Demosthene scripta fertur, Berol. 1878, pagg. 65 proxx.

XXXXVIII. 2. οὔτε — ἑκών, ἀλλ᾽ — ἄκων, 10. μηδ᾽ ὁτιοῦν ἰδίᾳ πρᾶξαι, ἀλλὰ κοινῇ βουλευόμενοι μεθ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ἅπαντα πράττωμεν, 32. οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἠθέλησε τῶν δικαίων πρός με ποιῆσαι, ἀλλ᾽ ἔχει αὐτὸς ἅπαντα, 36. λέγει μὲν οὗτος οὐδέποτε ταὐτά, ἀλλ᾽ ὅ τι ἂν τύχῃ ἀεί, 41. οὐδεὶς γάρ μοι ἀνθρώπων ἀντέλεγεν, ἀλλ᾽ συνεχώρουν αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι, 50. ὅτι δικαίως μὲν οὐδὲν βούλεται πρός με πράττειν, ἀποστερήσειν δ᾽ οἴεται ἃ προσήκει ἐμοὶ λαβεῖν;

XXXXVII. 23. οὐδεπώποτε ἔλαβον σκεύη ἐκ τοῦ νεωρίου, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἰδίᾳ παρεσκεύαζον;

XXXXIX. 2. οὐ μόνον οὐκ ἀπέδωκε χάριν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ἀποστερεῖ με, 68. μὴ ἀποδιδῶσιν, ἀλλ᾽ ἀποστερῶσιν;

LIX. 58. οὐχ ἑκὼν —, ἀλλ᾽ βιασθείς.

Melius fortasse omisissem locum, quem attuli ex or. XXXXVII: illis enim locis, qui huic sunt simillimi[1]), moveor, ut illa verba ex consuetudine usurpari veri simile esse dicam[2]).

Alterum genus amplificationis efficitur, cum ea, quae affirmative expressa sunt, negative repetuntur[3]).

Cuius generis exempla occurrhnt haec:

XXXV. 21. παραβαίνειν καὶ μὴ ποιεῖν τὰ γεγραμμένα, ib. ὑποτιθέασι ταῦτ᾽ ἐλεύθερα καὶ οὐδενὶ οὐδὲν ὀφείλοντες, 42. ἀποστερεῖν καὶ μὴ ἀποδιδόναι, 53. καὶ ὁρμίζονται ἐν φωρῶν λιμένι, εἰς δὲ τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον οὐχ ὡρμίσαντο;

XXXXIII. 12. ἐπεὶ δὲ τούτου ἀπέτυχε καὶ οὐκ ἐγένετο παῖς ἄρρην αὐτῷ οὐδὲ εἷς, ib. τὸν οἶκον — διασώζεσθαι καὶ οὐκ ἂν ἐξερημωθῆναι;

XXXXVIII. 18. ἐβασάνισεν αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ἡμᾶς δὲ οὐ παρεκάλεσεν, 20. ἐνδιέτριβε καὶ οὐδὲν ἐποίει;

XXXXVI. 13. τοῖς αὐτοῖς νόμοις — καὶ οὐκ ἄλλοις;

XXXXVII. 80. παρόντος, οὐκ ἀπόντος, 81. ἔχειν καὶ μὴ ἀποδιδόναι;

L. 7. cll. 26 et 27. σκεύεσιν ἰδίοις τὴν ναῦν ἅπασαν κατεσκεύασα καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν[4]), 65. καταφρονοῦντας — τῶν νόμων καὶ οὐκ ἐθέλοντας πείθεσθαι τοῖς νόμοις;

---

[1]) [Dem.] L. 7, 26, 27, LI. 5.
[2]) Cf. Blass. (l. l.) p. 219.
[3]) V. Rehdantz. l. l.; Schwebsch. l. l. pagg. 66—67.
[4]) Cf. hui. diss. p. 56 not 2.

LIX. 46. φίλους εἶναι ἀλλήλοις καὶ μὴ μνησικακεῖν, 60. ἔλιπεν — τὸν ὅρκον καὶ οὐκ ὤμοσεν, 86. σωφρονεῖν καὶ μηδὲν ἁμαρτάνειν.

Tertium genus amplificationis iis invenitur locis, quibus ea, quae affirmative aut negative expressa sunt, affirmative etiam aut negative repetuntur[1]).

Partim autem totum ita repetitur, ut pars eius iteretur:

XXXXIII. 13. καὶ ἐγὼ ταῦτα ὑπηρέτησ᾽ αὐτῷ — καὶ εἰσήγαγον τὸν παῖδα — εἰς τοὺς — φράτερας, 70. ὅτι δὲ ταῦτ᾽ ἀληθῆ λέγω καὶ ἐξεπρέμνισαν οὗτοι τὰς ἐλάας ἐκ τῶν χωρίων, 72. ὑπὸ τούτων καὶ ὑπὸ τῆς ὕβρεως τῆς τούτων;

LIX. 37. διηγησαμένη πάντα τὰ πεπραγμένα καὶ τὴν ὕβριν τοῦ Φρυνίωνος.

Quibus cum verbis comparanda sunt ea, quae legis XXXXVIII. 36. οὐκ ἀποδίδωσί μοι οὐδ᾽ ἐθέλει τῶν δικαίων οὐδ᾽ ὁτιοῦν ποιεῖν.

Partim ea, quae pluribus verbis expressa sunt, aliis eiusdem fere notionis verbis repetuntur:

XXXV. 4. ἀδελφῷ ὄντι τούτῳ ἐκείνου καὶ ἔχοντι ἅπαντα τὰ Ἀρτέμωνος — καὶ κληρονόμῳ ὄντι τῶν ἐκείνου ἁπάντων, 6. ἐπιτήδειοί μοί εἰσι, καὶ χρώμεθ᾽ ἀλλήλοις, 15. ἔτι νεώτεροι ἦσαν καὶ μειράκια παντάπασιν, 28. ὅποι ἄν τις βούληται καὶ ὁπηνίκ᾽ ἂν δοκῇ αὐτῷ, 40. οὐ μέντοι — οἶμαί γε δεῖν ἀνθρώπους — ἐφίεσθαι τῶν ἀλλοτρίων, οὐδ᾽ ἀφαιρεῖσθαι, 49. δίκαιον — καὶ κατὰ τοὺς νόμους, 54. ἐπειδάν τις — τὰς συγγραφὰς τὰς ναυτικὰς ἀκύρους ποιῇ καὶ καταλύῃ:

XXXXIII. 12. ὅπως — εἰσποιηθῇ αὐτῷ υἱὸς εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ καὶ τὸν Ἁγνίου, καὶ εἰς τοὺς φράτερας εἰσαχθῇ τοὺς ἐκείνου, 19. καλῶς καὶ δικαίως, ὥσπερ προσῆκεν, 22. cl. 25. πότερος οἰκειότερός ἐστι καὶ προσήκει μᾶλλον, 30. οἳ ἦσαν ἀλλήλοις συναγωνισταὶ καὶ ἅπαντα ἔπραττον κοινῇ, 32. ἐνίκησεν οὐδεμιᾷ παρασκευῇ ἀδίκῳ οὐδὲ συνωμοσίᾳ, 34. δικαιότερα — καὶ κατὰ τοὺς νόμους, 38. ὅτε συνώμοσαν ἀλλήλοις οὗτοι καὶ συστάντες ἠγωνίζοντο, ib. ἡμεῖς μέν, ὦ ἄ. δ., οὔτε μαρτυρίας ἐγράψαμεν — οὔτε μάρτυρας προσεκαλεσάμεθα, 50. πανταχῇ δὴ καὶ πάντα τρόπον, 52. ταῦτα ὁ νόμος λέγει, καὶ τὸ δίκαιον οὕτως ἔχει, 60. ἀγανακτεῖ καὶ δεινά φησι

---

[1]) Cf. Rehdantzii ind. I. s. v. Erweiterung 3) 4) et s. v. Pleonasmus, Schwebsch. l. l. p. 85.

πάσχειν, ib. οἱ νόμοι οὐ τετελευτήκασιν, οὐδὲ τὸ δίκαιον τετελεύτηκεν, 83. ἱκετηρίαν ὑμῖν προκεῖσθαι — καὶ ἱκετεύειν;

XXXXVIII. 1. οἰκεῖον ὄντα καὶ ἀδελφὴν τούτου ἔχων, 5. ἐβίω δὲ πολλὰ ἔτη, καὶ ἦν πρεσβύτερος, ὅτ' ἐτελεύτα, 7. προσωμολόγησε καὶ καλῶς μ' ἔφη λέγειν, 8. ἀδελφὸν ὄντα τῆς ἐμῆς γυναικὸς καὶ θεῖον τῶν ἐμῶν παίδων, 20. ἐνδιέτριβε καὶ οὐδὲν ἐποίει, ib. ἀεί τι προὐφασίζετο καὶ ἀναβολὰς ἐποιεῖτο, 30. ἐὰν δ' ἄρ' ἀποτύχῃ καὶ τὰ ἕτερα ψηφίσωνται οἱ δικασταί, 32. νικήσας δὲ καὶ διαπραξάμενος ἅπανθ', ὅσα ἐβουλήθημεν, 44. κἀγὼ οὐδ' ὁτιοῦν ἀντέλεγον τούτοις, οὐδ' ἤκουσέ μου φωνὴν οὐδεὶς ἀνθρώπων, 46. πρὶν τὸν ἀγῶνα γενέσθαι καὶ διαπειραθῆναι τῶν δικαστῶν, 50. προφάσεις λέγων καὶ ἐγκλήματα ἐγκαλῶν, 51. καὶ εἰ μὲν συγχωρεῖ, ἔστω ταῦτα, καὶ ὑμεῖς ἀκούετε, ἐπειδὰν τούτῳ δοκῇ;

L. 19. ἀσθενῆσαι — συνέβη καὶ πάνυ πονηρῶς διετέθη, 60. ἔκαμνε καὶ ἐπιθάνατος ἦν;

LII. 23. ἠσπάζετο — καὶ οἰκείως εἶχεν, 32. παρὰ τοὺς νόμους καὶ παρὰ τὸ δίκαιον, 33. τὰ δίκαια καὶ κατὰ τοὺς νόμους;

LIX. 55. ἠσθένησε καὶ πάνυ πονηρῶς διετέθη, 103. ἐνδεεῖς ἦσαν — καὶ ἠπόρουντο.

Partim uni verbo vel pluribus alia adiciuntur, quibus, ut nobis quidem videtur, prorsus eadem notio est (= pleonasmus):

XXXV. 27. εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀρξάμενοι;

XXXXVIII. 33. πρώτιστον μὲν τὸ ἐξ ἀρχῆς;

LII. 6. εὐθέως παραχρῆμα.

Proximum ad tertium genus amplificationis accedunt verba cognominata[1]). Quae quidem verba multo frequentiora sunt in orationibus

---

[1]) Cic. partit. orat. 15, 53. Verborum cogn. qui sit usus in corpore orationum Demosthenicarum docuerunt Doberenzius in progr. Hildburgensi anni 1844 (excurs. II et III), Rehdantzius l. l. s. v. Erweiterung (pagg. 166 proxx.), Siggius l. l. pagg. 418 proxx., Blassius l. l. pagg. 93 proxx., A. Hoeckius in d., q. i. De Demosthenis adv. Pantaenetum oratione, Berol. 1878, pagg. 18—19, Schulzius l. l. pagg. 93 proxx., Schwebschius l. l. pagg. 68—69, Joann. Windelius i. d., q. i. De oratione quae est inter Demosthenicas XVII et inscribitur Περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν (progr. Schol. Thom. 1882) p. 17.

XXXV. XXXXIII. XXXXVIII., quam in ceteris septem orationibus. Invenies enim

in or. XXXV. terdecies verba cognom: §§ 7. προσεποιοῦντο καὶ ἔφασαν, ib. ὑπισχνεῖτο καὶ ἀνεδέχετο, 19. οὐδ' ἐμέλλησαν οὐδὲ διενοήθησαν, 25. ἐπιλαβοίμεθα οὐδ' — κρατοῖμεν, 27. ἐκακοτέχνουν καὶ ἐπεβούλευον, 25. ἴστε ἢ ἀκούσατε, 36. κατεχόμενοι καὶ ἐλεγχόμενοι, 38. γιγνώσκομεν οὐθ' ἑοράκαμεν, 40. ἐφθόνησα οὐδ' ἐπετίμησα, 43. διδάξαι οὔτε πεῖσαι, 45. ἠγανάκτει — καὶ ἐσχετλίαζε, ib. δεινὰ — πάσχειν καὶ παρανομεῖσθαι, 56. κακοτεχνοῦντας καὶ σοφιζομένους; ter substantiva cognom: §§ 2. σοφίσματα — καὶ προφάσεις, 25. τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἀναίδειαν, 47. τοιχωρύχους καὶ κλέπτας; septem adiectiva cognom: §§ 2. πονηρότατοι — καὶ ἀδικώτατοι, 25. ὕθλον καὶ φλυαρίαν, 40. πονηροῦ — καὶ οἰμωξομένου, 42. πονηρὰν καὶ ἄδικον, 46. βδελυρὸς — καὶ ὑπερβάλλων, 47. δεινὸν — καὶ σχέτλιον καὶ αἰσχρόν, 50. μεγάλαι καὶ δειναί;

in or. XXXXIII. novies verba cognom: §§ 1. παρανομοῦντες καὶ βιαζόμενοι, 7. ἐπιδεδικασμένου καὶ ἔχοντος, 10. ἐπιβουλευσάντων καὶ συναγωνιζομένων, 39. ἐσπούδαζον καὶ ἠγωνίζοντο, 59. προστάττουσι καὶ ἀναγκάζουσι, 69. ἐξώρυττον καὶ ἐξεπρέμνιζον, 71. ὑβρίκασι καὶ παρανενομήκασιν, 73. εἰπεῖν — καὶ ἐπιδεῖξαι, 84. δέομαι — καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ; bis substantivum cognom: § 34 cl. 61. ὁ ἀγὼν καὶ ἡ διαδικασία; septies adiectiva cognom: §§ 23. βίαιοι καὶ ἀσελγεῖς; 39. ἀναίσχυντοι καὶ βδελυροί, 41. τολμηρὸς — οὐδ' ἀπονενοημένος, 65. οὔτε δίκαιον οὔθ' ὅσιον, 68. παρανομώτατον καὶ μιαρώτατον, 78. παρανομώτεροι ἢ βιαιότεροι, 84. δίκαια — καὶ εὔορκα; bis adverbia cognom: §§ 14. ὀρθῶς καὶ προσηκόντως, 19. καλῶς καὶ δικαίως;

in or. XXXXVIII. septies verba cognom: §§ 6. ὠργίσθην καὶ ἠγανάκτησα, 46. λέγειν καὶ ἐπιδεικνύειν, 48 cl. 50. προὐκαλεσάμην καὶ ἠξίωσα, 52. ἀνιῶμαι — καὶ αἰσχύνομαι, 55. μαίνεται καὶ παραφρονεῖ, 57. ἱκετεύομεν καὶ ἀντιβολοῦμεν; ter substantiva cognom: §§ 16. ὑποψία — καὶ αἴσθησις, 36. προφάσεις — καὶ ὑπονοίας καὶ αἰτίας, 39. ὑπόνοιαι — καὶ προφάσεις; quinquies adiectiva cognom: §§ 4. μέτρια καὶ προσήκοντα, 22. ἄριστα καὶ ἀσφαλέστατα, 40. τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις, 46. ἄδικος — καὶ πλεονέκτης, 58. βέλτιστον καὶ δικαιότατον; ter adverbia cognom: § 17 cll. 30 et 48. καλῶς καὶ δικαίως;

in or. XXXXVI. bis verba cognom: §§ 21. ἐζήτουν καὶ ἠξίουν, 28. δέομαι — καὶ ἱκετεύω;

in or. XXXXVII. septies verba cognom: §§ 10 cl. 17. προκαλεσαμένου καὶ ἐξαιτήσαντος, 11. προκαλεσαμένῳ καὶ ἀξιοῦντι, 21. ἠνάγκαζε καὶ προσέταττε, 36. ἠπείλει καὶ ἐλοιδορεῖτο, 43. δεομένων — καὶ ἱκετευόντων [καὶ τίνα οὐ προσπεμπόντων], 60. ἄγχοντες καὶ τύπτοντες; bis substantiva cognom: §§ 9. λόγων καὶ δεήσεως, 28. δικῶν καὶ πραγμάτων; quater adiectiva cognom: §§ 55. εὔνους καὶ πιστή, 81. ἀσελγεῖς καὶ βδελυροί, 82. ὁσίαν καὶ δικαίαν, ib. ἀκάκους — καὶ ἀπράγμονας; semel adverbia cognom: § 50. ῥᾳδίως καὶ ἀκάκως;

in or. XXXXIX. semel verba cognom: § 43. προκαλεσαμένου — καὶ κελεύοντος; ter substantiva cognom: §§ 4. ἔχθρας καὶ δίκης, 13. ἔνδειαν καὶ ἀπορίαν, 25. λόγον καὶ εὐθύνας; quater adiectiva cognom: §§ 10. ἐπιτηδείων καὶ οἰκείων, 13 cl. 40. οἰκείων καὶ ἐπιτηδείων, 37. καλοὶ κἀγαθοί, 67. ἄπληστος καὶ αἰσχροκερδής;

in or. L. semel verba cognom: § 49. διαχλευάσαντος — καὶ ἀπειλήσαντος; semel substantiva cognom: § 3. πράγματα καὶ ἀπορίας; quinquies adiectiva cognom: §§ 22. ἀσίτους καὶ ἀγρύπνους, 27. ἐπιτήδειοι — καὶ φίλοι, 64. εὔτακτον καὶ χρήσιμον, ib. χρηστοῖς καὶ εὐτάκτοις, ib. πονηροῖς καὶ ἀκοσμοῦσι; bis adverbia cognom: §§ 7. κάλλιστα καὶ διαπρεπέστατα, 66. ὀρθῶς καὶ δικαίως;

in or. LII. ter verba cognom: §§ 4. δεῖξαι — καὶ συστῆσαι, ib. συστήσειν καὶ δείξειν, 20. διεφέρετο καὶ ἐδικάζετο; ter adiectiva cognom: §§ 24. δικαιότερον καὶ μεγαλοπρεπέστερον, 29. κακόν τι ἢ αἰσχρόν, 30. καλὸς κἀγαθός; semel adverbia cognom: § 24. ὀρθῶς καὶ δικαίως;

in or. LIII. ter verba cognom: §§ 1. ἀδικούμενος καὶ ὑβριζόμενος, 4 cl. 5. ἐπιμεληθῆναι καὶ διοικῆσαι; semel adiectiva cognom: § 3. μέγιστα καὶ περιφανῆ;

in or. LIX. quater verba cognom: §§ 18. θρέψαι καὶ παιδεῦσαι, 51. ὑβρίσθαι — καὶ ἐξηπατῆσθαι, 76. καταλύηται μηδὲ καινοτομῆται, 81. ἱκετεύων καὶ ἀντιβολῶν; octies substantiva cognom: §§ 7. ἀπορίαν καὶ ἔνδειαν, 11. αἰσχύνῃ καὶ συμφορᾷ, 13. ἀναλωμάτων καὶ πραγματείας, 55. διαφορᾶς — καὶ ὀργῆς καὶ μίσους, 69. τὴν ἀπορίαν — καὶ τὴν ἀτυχίαν, 72. ὕβρεως καὶ ἀναιδείας, 86. μιάσματα καὶ ἀσεβήματα, 114. σωφροσύνης καὶ ἐπιμελείας; quater decies adiectiva cognom: §§ 36. ἀνελεύθεροι καὶ μικρολόγοι, 37. σοβαρὸν δὲ καὶ ὀλίγωρον, 57 cll, 82. et 93. μεγάλῳ καὶ περιφανεῖ, 72. πένητα καὶ ἄπειρον,

73. ἅγια καὶ ἀπόρρητα, 74. σεμνοτάτας καὶ ἀρρήτους, 76. ἀρχαιοτάτῳ — καὶ ἁγιωτάτῳ, 77. ἁγίων καὶ σεμνῶν, 78. σεμνὰ καὶ ἅγια καὶ ἀρχαῖα, 88. καλὸν καὶ σεμνὸν, 89. κάλλιστα καὶ σεμνότατα; undecies adverbia cognom: §§ 30. ἀσελγῶς καὶ πολυτελῶς, 33. ἀσελγῶς καὶ προπετῶς, 77. καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς, 92. καλῶς καὶ ἰσχυρῶς, 103. δεινῶς — καὶ ἀπροσδοκήτως, 105 cl. 126. καλῶς καὶ δικαίως, 107. καλῶς καὶ ἀκριβῶς, ib. αἰσχρῶς καὶ ὀλιγώρως, 110. μνημονικῶς καὶ ἐπιμελῶς, 111. ὀλιγώρως καὶ ῥᾳθύμως.

Hoc loco commemorandum videtur esse scriptores ea, quae fusius enarrata sunt, brevibus enuntiatis repetere vel potius complecti solere, pronominibus οὗτος et τοιοῦτος enarrata significantes. Quo quidem genere repetitionum uti summo opere adamavit auctor orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII.; rarissime id in ceteris reperies orationibus. Exstant autem exempla haec:

XXXV. 2. οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοί εἰσιν, 5. ἡ μὲν τουτουὶ Λακρίτου πονηρία τοιαύτη ἐστίν, 15. κατὰ τὴν συγγραφὴν ταύτην, ὦ ἄ. δ., ἐδάνεισα τὰ χρήματα Ἀρτέμωνι, 19. γέγραπται μὲν ταῦτα ἐν τῇ συγγραφῇ, 21. περὶ μὲν οὖν τοῦ πλήθους τοῦ οἴνου — ταῦτα διεπράξατο, 22. ταῦτα διαρρήδην γέγραπται, ib. τοιαῦτα τούτων ἐστὶ τὰ κακουργήματα, ib. ταῦτα δὲ πάντ' ἐστὶ τὰ σοφίσματα Λακρίτου τουτουί, 24. αἱ μὲν πανουργίαι τοιαῦται τῶν ἀνθρώπων τούτων εἰσίν, 25. γέγραπται μὲν γὰρ ταῦτα οὑτωσὶ ἀκριβῶς ἐν τῇ συγγραφῇ, 32. καὶ ἃ μὲν ἔλεγε, ταῦτ' ἦν, 35. ἡ μὲν ἀναίδεια τοιαύτη τῶν ἀνθρώπων τούτων ἐστίν, 37. ταῦτ' ἔστιν ἃ ἔλεγε Λάκριτος οὑτοσί, 39. οὕτως εἰσὶν οὗτοι κακοῦργοι σοφισταὶ καὶ ἄδικοι ἄνθρωποι, 52. ὁ μὲν νόμος, ὦ ἄ. δ., οὕτω χαλεπός ἐστιν;

XXXXIII. 11. καὶ τότε μὲν ταῦτα, ὦ ἄ. δ., ἦν τὰ πραχθέντα, 24. καὶ οὗτοι μὲν υἱεῖς ἐγένοντο Πολέμωνι καὶ τῇ ἀδελφῇ τῇ Πολέμωνος Φυλομάχῃ, 34. ταῦτα αὐτῷ ὑμεῖς, ὦ ἄ. δ., ὑπολαμβάνετε, 41. τούτων ὅ τι βούλεταί τις μαρτυρησάτω αὐτῷ, 48. οὑτοσί, ὦ ἄ. δ., ἔστιν ὁ Στρατίου οἶκος, 61. περὶ τούτου νῦν ἔστιν ὁ ἀγών, 64. ταύτας κελεύει προσηκούσας καὶ παρεῖναι — καὶ — ἀκολουθεῖν, 68 οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοί εἰσιν ἄνθρωποι, 74. καὶ ἀπέδωκα τῷ πρεσβυτάτῳ τοῦτο τὸ ὄνομα, 75. ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον διῴκησα;

XXXXVIII. 14. καὶ ταῦτ' ἔστιν ἃ ἑκάτερος ἡμῶν εἶχεν, 28. καὶ τὰ

μὲν πραχθέντα ταῦτ' ἦν, ib. καὶ τῆς κοινωνίας τῆς πρὸς τοῦτον ταῦτ' ἐγὼ ἀπέλαυσα, 38. καὶ ἃ μὲν προφασίζεται, ταῦτ' ἐστι, 56. Ὀλυμπιόδωρος μὲν τοίνυν τοιουτοσί ἐστιν ἄνθρωπος;

XXXXIX. 19. τὸ μὲν τοίνυν πρῶτον χρέως — τοσοῦτον ὤφειλεν;

L. 52. διὰ μὲν ταύτας τὰς αἰτίας, ὦ ἄ. δ., ἃς εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, ὁ Τιμόμαχος οὐκ ἠνάγκαζε παραλαμβάνειν τοῦτον τὴν ναῦν;

LII. 12. ἃ μὲν διελέχθη, ὦ ἄ. δ., οὗτος μὲν τῷ πατρὶ, ἐκεῖνος δὲ τῷ Ἀρχεβιάδῃ καὶ τῷ Κηφισιάδῃ — ταῦτ' ἐστιν;

LIX. 14. Ἃ μὲν οὖν ἀδικηθεὶς ἐγὼ ὑπὸ Στεφάνου πρότερος ἐγραψάμην τὴν γραφὴν ταύτην, εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς. 16. Ἃ μὲν ἠδικημένος, ὦ ἄ. δ., ὑπὸ Στεφάνου ἀναβέβηκα κατηγορήσων Νεαίρας ταυτησὶ, Θεόμνηστος εἴρηκε πρὸς ὑμᾶς, 47. ἡ μὲν οὖν γνωσθεῖσα διαλλαγὴ ὑπὸ τῶν διαιτητῶν Φρυνίωνι καὶ Στεφάνῳ περὶ Νεαίρας ταυτησὶ αὕτη ἐστίν.

Ex his, quae disputavimus de amplificationis generibus, de verbis cognominatis, de enuntiatis, quibus oratores ea, quae accuratius enarraverunt, breviter complectuntur, satis elucet sermonem orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. esse copiosiorem, quam ceterarum septem. Idem apparebit, cum de verborum inopia exposuerimus[1].

Atque primum quidem videamus de singulis verbis nimis saepe positis; qua quidem re verborum inopiam minus statui non negaverim. Legimus

in or. XXXV. δανείζειν (δανείζεσθαι similia) quinquies et vicies (§§ 1, 3, 5, 7, 8, 9, 15 bis, 18, 21, 22 sexies, 32 bis, 47 bis, 52 quater, 53 bis);

in or. XXXXVI. μάρτυρ quater (§§ 2, 4, 18, 19), μαρτυρία (sim.) quindecies (§§ 1, 4 bis, 5, 7 quater, 8, 10, 11 ter, 21, 25), μαρτυρεῖν (sim.) quater et vicies (§§ 1, 3, 4, 5 quinquies, 6 bis, 7 bis, 8 bis, 9 sexies, 10, 11 ter), ψευδομαρτυρεῖν octies (§§ 1, 3, 11, 12, 25 bis, 27, 28);

in or. XXXXVII. μάρτυρες sexies et tricies (§§ 1 bis, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8 bis, 9, 11, 12, 15, 16, 17 bis, 24, 27, 34, 36, 39 bis, 40, 44, 47, 49, 62, 63, 64 bis, 65, 67 bis, 69, 75), μαρτυρία (sim.) tricies (§§ 1, 4 bis, 5, 7 bis,

[1]) Cf. Lortz. l. l. pagg. 32 proxx., Schulz. l. l. pagg. 71 proxx., Schwebsch. l. l. pagg. 90 proxx., Windel. l. l. p. 18.

8, 12, 13, 15, 16, 17 bis, 27, 32, 39, 40, 46 bis, 48 bis, 51, 61, 66, 74, 77, 79, 82 bis), ψευδομαρτυρίαι undecies (§§ 1, 2, 5, 9, 10, 47, 51, 64, 75, 76, 78), ἐκμαρτυρία semel (§ 38), μαρτυρεῖν semel et tricies (§§ 1, 3, 5 quater, 6, 7, 8 bis, 9, 11 bis, 13 bis, 14 bis, 17, 25, 27, 35, 39, 40, 46, 47, 78 ter, 81, 82 bis), τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν undecies (§§ 1 bis, 2, 3, 4, 7, 10, 11, 39, 49, 79), παραδιδόναι undequadragies (§§ 5 bis, 6 ter, 7, 8, 9 ter, 10, 11 bis, 12, 13 bis, 14, 15 bis, 16 bis, 17 bis, 22, 24, 25, 32, 35, 37, 39, 40, 43, 46, 47 bis, 51, 78 ter), παραλαμβάνειν bis et vicies (§§ 5, 6 bis, 10, 11, 14, 21, 22 bis, 23, 25 bis, 26, 32, 33, 34, 35, 40, 48 bis, 63, 67), ὀφείλειν duodevicies (§§ 20, 21 ter, 22 bis, 25 bis, 29, 31, 33 bis, 37, 48, 49, 53, 63, 64);

in or. XXXXIX. δεῖσθαι quindecies (§§ 2, 3 bis, 4, 6 bis, 17, 26, 27 ter, 29, 30, 34, 53), ὀφείλειν semel et vicies (§§ 4 ter, 8 bis, 17, 21, 30, 32 bis, 43 bis, 47, 53, 60, 61, 62 bis, 63 bis, 69), τὸ ναῦλον τῶν ξύλων duodevicies (§§ 26, 28, 29 bis, 30, 35 bis, 36, 37, 38, 40 bis, 41 bis, 59, 60, 61, 64);

in or. L. παραλαμβάνειν septiesdecies (§§ 29 bis, 33, 36 bis, 37 bis, 39, 40, 41, 43, 44 bis, 54, 55 bis, 57 bis);

in or. LII. ἀποδοῦναι quindecies (§§ 3, 4 quater, 6, 7, 8, 14 bis, 18, 19 bis, 24, 27);

in or. LIII. ἀπογράφειν (similia) quaterdecies (§§ 1 sexies, 2 bis, 3 ter, 19, 23, 28).

Quibus exemplis prolatis apparet scriptores in una paragrapho idem vocabulum non bis et ter (quod saepissime fieri neminem fugiet, qui orationes attente perlegerit), sed quater et saepius etiam iterare non dubitasse. Addo exempla haec:

XXXV. 42. παιδεύειν quater;
XXXXIII. 60. τελευτᾶν (sim.) quinquies;
XXXXVIII. 24. στρατεύεσθαι (sim.) quater;
LII. 45. γιγνώσκειν quater.

Hic commemorandum est illud, quo scriptores nostros magno opere inter se differre videbis: molestissimam dico pronominum οὗτος et αὐτός iterationem[1]). Hoc enim vitio solae laborant orationes XXXXVI.

[1]) Cf. Lortz. l. l. p. 34, Sigg. l. l. p. 427.

XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. Legas velim XXXXVI. 21; XXXIX. 23 proxx., 36 proxx., 38, 45, 61, 62; L. 33. 54. 55; LII. 12. 22; LIII. 4, 6, 8; LIX. 30 proxx., 38 proxx., 45.

Phrases vitiosum in modum iteratas adscribam has:

XXXXVIII. 4 et 32. *οὐδ' ὁτιοῦν* (*οὐδὲν*) *τῶν δικαίων ποιεῖν* (*ἐθέλειν*). 36, 42, 50. *δικαίως οὐδὲν πράττειν*, 45, 47, 49, 54. (*τούτων*) *οὐδὲν ποιεῖν*;

XXXXVII. 1 bis, 2, 3, 4, 7, 10, 11, 39, 49, 79. *τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν*, 7, 8, 16, 39, 47, 79. *ἔλεγχος γίγνεται*;

XXXXIX. 1, 2. 13, 50. *εἰς ἀπορίαν* (sim.) *καθιστάναι*.

Venio ad enuntiata nimis saepe repetita. Praeter formulas quasdam, quas infra afferam, haec videntur esse notanda:

XXXV. 17. *ὅτι ἐδόκει τούτοις* cl. 19; 32. *ἃ μὲν ἔλεγε, ταῦτ' ἦν* cl. 37;

XXXXIII. 49. *ἀλλ' οὐδὲ παραπλήσιον* cl. 50;

XXXXVIII. 3. *ἐὰν δ' ἄρα μὴ ἐπιτυγχάνητε τούτου* cl. 30 bis; 9. *ὅ τι ἂν ἀεὶ δέῃ* cl. 41; 45. *εἰ μή ἐστι ταῦτ' ἀληθῆ ἃ λέγω* cll. 46 et 47; 49. *ὅτι ἂν ὑμῖν δικαιότατον δοκῇ εἶναι* cll. 52 et 58;

XXXXVII. 7. *τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ αἰκία* cll. 40 et 47; 31. *δεινὴ γὰρ ἡ πλεονεξία τοῦ τρόπου περὶ τὰ διάφορα* cl. 78; 53. *γεωργῶ δὲ πρὸς τῷ ἱπποδρόμῳ* cl. 76; 66 *καίτοι πῶς ἄν, εἰ μὴ πεπορισμένον τε ἦν καὶ ἐπαγγέλλειν αὐτοῖς, εὐθὺς ἂν ἀπέλαβον* cl. 77[1];

XXXXIX. 18. *ἐπειδὰν καὶ περὶ τοῦ ἄλλου συμβολαίου διηγήσωμαι ὑμῖν* cl. 21; 19. *ἑσπέρας ἤδη οὔσης* cl. 22; 22. *Ἀφικομένου γὰρ Ἀλκέτου καὶ Ἰάσονος ὡς τοῦτον* cll. 24 et 31;

L. 10. *ἐπειδή μοι ὁ χρόνος ἐξῆλθε τῆς τριηραρχίας* cll. 14, 18, 20, 24, 25, 36, 58;

LII. 5. *ἐγὼ δὲ προξενῶν τυγχάνω τῶν Ἡρακλεωτῶν* cl. 9; 10. *εἰ ἄρα μὴ ἀπείληφε*, ib. *ἂν ἄρα ἔλθῃ ὁ Κηφισιάδης*, ib. *εἰ δ' ἄρα ἀπείληφε*;

LIII. 2. *τἀνδράποδα Ἀρεθουσίου ὄντα, οὗπερ ἐνέγραπτο εἶναι* cll. 10. 14, 19, 22; 7. *ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἦν περὶ αὐτὸν ἀληθινὸς φίλος* cll. 8, 12, 5;

---

[1]) Non curo verba, qu. s. § 8 cll. §§ 35 et 47: *ὁπότερος ἦρξε χειρῶν ἀδίκων*; sunt enim iuris ex consuetudine usurpata.

LIX. 4. *ὅ τι ἂν βούληται πρᾶξαι* cll. 12, 111, 112 bis, 113; 14. *ὡς δ' ἔστι ξένη Νέαιρα* cll. 16, 17, 43 bis, 63, 64, 109; 33 ter *ἔχων αὐτήν* cll. 38 bis, 39, 42, 46, 50.

Enuntiatum secundarium, quod iusto saepius in pluribus orationibus occurrit, est *ἵν(α) εἰδῆτε*. Ter legitur in or. XXXXVI. (§§ 9, 10, 18 cll. 2, 28 bis), septies in or. L. (§§ 3, 10, 21, 41, 45, 57, 65), quater in or. LIX. (§§ 44, 64 74, 85 cll. 76, 78, 87, 93, 120).

Accedens ad formulas primum enumerabo propositiones frequentius positas.

Vidi *βούλομαι* coniunctum cum infinitivis (*ἐπιδεῖξαι* cett.)

in or. XXXXVI. ter: §§ 5 (*ἐξελέγξαι*), 9 et 12 (*ἐπιδεῖξαι*);

in or. XXXXVII. quater: §§ 18 et 48 (*διηγήσασθαι*), 40. (*παρασχέσθαι*), 82 (*ἀναγνῶναι*);

in or. L. quater: 41 (*εἰπεῖν*), 43 (*διδάξαι*), 45 (*διηγήσασθαι*), 57 (*ἀναγνωσθῆναι*);

in or. LIX. novies: §§ 1 et 93 (*προδιηγήσασθαι*), 16, 17, 19 (*ἐπιδεῖξαι*) 45 et 74 (*διηγήσασθαι*), 78 (*καλέσαι*), 88 (*παρασχέσθαι*).

Σκέψασθε imperativus redit in or. XXXXVI. quater: §§ 10, 16, 18. 24 cll. 17 (*μὴ σκέψησθε*), 16 et 19 (*σκοπεῖτε*).

Tum de formulis, quibus oratores ad testimonia, leges, cett. recitanda transeant, agamus.

Verba [*καὶ*] *ὡς* [*ὅτι*] [*ταῦτα*] *ἀληθῆ λέγω* habes

in or. XXXXVII. decies (§§ 10, 24, 27. 32, 44, 51, 61, 66, 67 cl. 39);
in or. XXXXIX. decies (§§ 18 bis, 21, 33, 34, 39, 42, 45, 48, 58);
in or. L. quinquies (§§ 10, 13, 28, 37, 56);
in or. LII. quater (§§ 7, 16, 21. 31);
in or. LIII. quater (§§ 18, 20, 21, 25);
in or. LIX. sexiesdecies (§§ 23, 24, 26, 32, 34, 40, 47, 48, 53, 61, 70. 84, 93, 104, 119. 125).

Verba *τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας* et simillima leguntur

in or. XXXXVII. sexies (§§ 10, 32, 51, 61, 66, 67);
in or. L. quinquies (§§ 10. 13, 28, 37, 68 cl. 65).

Similiter dicta sunt, quae legis XXXXVIII. 3, 47, 49, 55.

Verba *τούτων μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι* reperiuntur paucissimis mutatis

in or. XXXXVII. ter (§§ 24, 27, 44);

in or. LII. ter (§§ 16, 21, 31);

in or. LIII. quinquies (§§ 18, 19, 20 bis, 21);

in or. LIX. ter (§§ 34, 40, 61).

Sexies posita videmus in or. LIX. *τούτων ὑμῖν — μάρτυρας καλῶ* (§§ 23, 24, 32, 53, 70, 84).

Ad extremum facile intellegetur, quam inops sit verbis auctor orationum XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX., cum qua ratione in iis incipiantur singulae sententiae docuerimus.

Et primum quidem ita novum incipitur enuntiatum, ut participia verborum dicendi et sentiendi, aliorum, ex quibus *οὗτος* pronomen pendet, ponantur. Exempla exstant haec:

XXXXVIII. 9. *ταῦτα πάντ' ἐνθυμούμενος,* 10. *ταῦτα δὴ πάντ' προνοούμενοι,* 15. *καὶ ταῦτα ποιῶν,* 42. *ἀλλὰ ταῦτα ποιήσας,* 49. *ταῦτα δ' ἐμοῦ προκαλουμένου;*

XXXXVII. 33. *ταῦτα τοίνυν ἐγὼ πάντ' ἐνθυμούμενος,* 51. *ἀποκριναμένου δέ μοι ταῦτα,* 58. *ταῦτα δὲ λεγούσης τῆς γυναικός,* 63. *ταῦτα δέ μου λέγοντος καὶ διαμαρτυρομένου,* 65. *ταῦτα δὲ ἀποκριναμένου,* 68. *ἀκούσαντες δέ μου — ταῦτα,* 71. *ταῦτα ἀκούσας,* ib. *συμβουλευόντων δέ μοι ταῦτα;* cf. 26. *ὡς δὲ τοῦτό μου εἰπόντος* et 36. *ὡς δὲ ταῦτά μου λέγοντος:*

L. 26 et 49. *ἀκούσας — ταῦτα.* 31. *προκαλουμένου δέ μου ταῦτα,* 36. *λέγοντος δ' αὐτοῦ ταῦτα,* 37 et 40. *λέγοντος δέ μου ταῦτα,* 56. *δεομένου δέ μου ταῦτα:*

LIII. 7. *ἀκούσας δ' ἐγὼ ταῦτα,* 8. *ταῦτα δ' ἐγὼ ἀκούων,* 12. *ἀκούων δ' αὐτοῦ ταῦτα,* 13. *ἀκούσας δ' οὗτος ταῦτα,* 25. *ταῦτα δ' ἐμοῦ ἐθέλοντος.*

Tum genetivi absoluti initio enuntiatorum posita sunt

in or. XXXXVII. duodevicies (§§ 10, 21, 26, 34, 35, 36, 37, 38, 42' 45, 51, 56, 58, 63, 64, 65, 69, 71):

in or. L. octies (§§ 4, 22, 31, 36, 37, 40, 56, 63);

in or. LIX. undevicies (§§ 3, 5, 7 bis, 12, 31, 40, 45, 52, 55, 60 bis, 68, 69, 83, 91, 92, 98, 125).

Atque haec quidem hactenus de verborum inopia.

Progrediamur ad reliquum ornatum considerandum.

Et primum quidem animadverti in orationibus pro Apollodoro habitis inque ea, quae est confecta in Euergum et Mnesibulum, haud raro verba contrarie relata (antitheses) esse adhibita.[1]) Qualia in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. prorsus desunt. Saepissime autem opponitur *λόγος* vocabulo *ἔργον* vocabulum:

XXXXVI. 9. *πρόφασιν λαβὼν λόγῳ τὴν πρόκλησιν, ἔργῳ αὐτὸς αὑτῷ μεμαρτύρηκε;*

XXXXVII. 10. *λόγῳ μὲν μαρτυρούντων τὰ ψευδῆ, ἔργῳ δὲ οὐ παραδιδόντων,* 31. *ταῦτα γὰρ τὰ σκεύη — ἀνέφερε λόγῳ, ἔργῳ δὲ οὐκ ἀπεγράψατο;*

XXXXIX. 27. *ἅμα τε τῇ δεήσει εἶπε λόγον, ᾧ οὐκ ἀκόλουθα ποιεῖ τὰ ἔργα νυνί;*

LIII. 9. *καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ μὲν ὑπεσχόμην, ἔργῳ δ' οὐκ ἐποίησα;*

LIX. 109. *τῷ μὲν λόγῳ ἠγανάκτουν, τῷ δ' ἔργῳ οὐκ εἶχον ὅ τι χρήσαιντο αὐτῇ.*

Alia contrapositorum exempla sunt haec:

XXXXVII. 26. *καὶ ταῦτα οὐχ ὑπ' ἐμοῦ μόνον λόγῳ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ — ψήφῳ κεκριμένα,* 113. *ἵνα δὲ μὴ λόγῳ μόνον ἀκούσητέ μου, αὐτὸν ὑμῖν τὸν νόμον ἀναγνώσομαι;*

XXXXIX. 4. *ἀλλ' ἃ μετὰ χάριτος ἔλαβε —, ταῦτα δι' ἔχθρας καὶ δίκης — οἴεται δεῖν ἀποδοῦναι;*

LIX. 96. *καὶ ἡ πόλις τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡγεῖτο τῆς ἐλευθερίας τοῖς Ἕλλησι, τῇ δὲ φιλοτιμίᾳ οὐκ ἠναντιοῦτο τοῖς Λακεδαιμονίοις,* 112. *καὶ οἱ μὲν νόμοι ἄκυροι ὑμῖν ἔσονται, οἱ δὲ τρόποι τῶν ἑταιρῶν κύριοι,* 113. *ἡ μὲν τῶν πορνῶν ἐργασία ἥξει εἰς τὰς τῶν πολιτίδων θυγατέρας —, τὸ δὲ τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν ἀξίωμα εἰς τὰς ἑταίρας,* 114. *μηδὲ τὰς μετὰ πολλῆς καὶ καλῆς σωφροσύνης καὶ ἐπιμελείας τραφείσας ὑπὸ τῶν προσηκόντων καὶ ἐκδοθείσας κατὰ τοὺς νόμους ταύτας ἐν ἴσῳ φαίνεσθαι μετεχούσας τῇ μετὰ πολλῶν καὶ ἀσελγῶν τρόπων πολλάκις πολλοῖς ἑκάστης ἡμέρας συγγεγενημένῃ ὡς ἕκαστος ἐβούλετο.*

[1]) Cf. Rehd. l. l. 5. v. Antithese, Blass. l. l. pagg. 139 proxx., Schwebsch. l. l. pagg. 64—65, Windel. l. l. pagg. 13–14.

Omnes locos, quos apposui, iam sunt notati a Blassio (l. l. pagg. 139 proxx.). Addo hos:

XXXXVII. 17. *νυνὶ δὲ λόγῳ ἐξαπατήσας, ψευδεῖς μαρτυρίας παρασχόμενος,* 82. *βούλομαι ὑμῖν περὶ αὐτῶν τὰς μαρτυρίας ἀναγνῶναι —, λόγῳ μὲν γὰρ διηγήσασθαι οὐκ ἂν ἱκανόν μοι γένοιτο τὸ ὕδωρ;*

XXXXIX. 7. *καὶ ὁ μὲν δανεισάμενος τὸ ἀργύριον παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ Τιμόθεος ἦν καὶ κελεύσας δοῦναι —, ὁ δὲ λαβὼν τὸ ἀργύριον — Αὐτόνομος,* 45. *καὶ ὡς μὲν ἀληθῆ λέγει οὐδένα μάρτυρα παρέσχηται, λόγῳ δὲ καταχρῆται;*

L. 1. *ὧν γὰρ τὰ μὲν ἐγκλήματα ἴδιά ἐστιν, αἱ δὲ βλάβαι κοιναί,* 23. *ταλαιπωρουμένων μὲν πολλά, ὠφελουμένων δὲ βραχέα,* 45 *ἀλλ' ἠνειχόμην καὶ ἔργῳ ἀδικούμενος καὶ λόγῳ προπηλακιζόμενος,* 64. *ὅταν ὁρῶσι μήτε τοῖς χρηστοῖς καὶ εὐτάκτοις χάριν οὖσαν μήτε τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκοσμοῦσι τιμωρίαν παρ' ὑμῶν;*

LIX. 107. *Οὐκοῦν δεινὸν πρὸς μὲν τοὺς ἀστυγείτονας καὶ ὁμολογουμένως ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν πόλιν γεγενημένους οὕτω καλῶς καὶ ἀκριβῶς διορίσασθαι περὶ ἑκάστου —, τὴν δὲ περιφανῶς ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι πεπορνευμένην οὕτως αἰσχρῶς καὶ ὀλιγώρως ἐάσετε ὑβρίζουσαν εἰς τὴν πόλιν καὶ ἀσεβοῦσαν εἰς τοὺς θεοὺς ἀτιμώρητον —;* 109. *τὰ μὲν ἀδικήματα ταύτης ἦν, ἡ δ' ἀμέλεια τῆς πόλεως.*

Deinde vidi subiectiones (*ὑποφοράς*), quas constat usitatissimas esse apud Demosthenem[1]), paucis locis orationum, quas tracto, statui posse: XXXV. 47, ubi quinquies habes illam figuram, XXXXIX. 51 et 64, LII. 26, LIX. 118, quo loco ea bis invenitur.

Hac igitur re non distat scriptor orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. a reliquarum auctore. Magno autem opere eos inter se differre tibi persuadebis, cum de interrogationum usu disputantem me audieris.[2]) Atque primum quidem in tribus illis orationibus frequentis-

[1]) V. Rehdantz. ind. I. s. v. *ὑποφορά*, Blass. l. l. p. 151, Schulz. l. l. p. 76, Schwebsch. l. l. pagg. 71 proxx.

[2]) Rehdantz. l. l. s. v. Frage, Blass. l. l. pagg. 151 proxx., Sigg. l. l. p. 421, Schulz. l. l. pagg. 76—77, Schwebsch. l. l. pagg. 70—71.

simae insunt interrogationes; in ceteris multo pauciores reperies. Inveniuntur enim

in or. XXXV.	duodevicies (§§ 22, 26, 32, 38, 42, 44, 45 bis, 46 ter, 47 quater, 48, 49, 54),	in $2\frac{5}{9}$ igitur §§ semel[1]).
in or. XXXXIII.	septies et vicies (§§ 20, 22, 25, 29, 48 sexies, 49 octies, 52, 56, 59, 68, 72, 76, 77, 78, 80),	in $2\frac{14}{27}$ igitur §§ semel,
in or. XXXXVIII.	duodecies (§§ 7, 43, 45 ter, 50, 51, 52, 54, 55 ter),	in $4\frac{5}{8}$ igitur §§ semel,
in or. XXXXVI.	septies (§§ 3, 5, 13 bis, 19, 25, 28),	in $3\frac{2}{7}$ igitur §§ semel,
in or. XXXXVII.	octies (§§ 8, 15, 16 bis, 29, 30, 66, 77),	in $10\frac{1}{4}$ igitur §§ semel,
in or. XXXXIX.	vicies (§§ 35, 36 bis, 38, 46, 47, 50, 51 ter, 52 bis, 53 ter, 64 ter, 67, 68),	in $3\frac{9}{20}$ igitur §§ semel,
in or. L.	duodecies (§§ 1, 23 bis, 34, 35, 40, 48, 62 bis, 64, 67 bis),	in $5\frac{2}{3}$ igitur §§ semel,
in or. LII.	octies (§§ 24, 26, 27 quater, 28, 29),	in $4\frac{1}{8}$ igitur §§ semel,
in or. LIII.	nusquam	— — — — —
in or. LIX.	vicies (§§ 8, 11 bis, 13, 28, 73, 107, 108 sexies, 109, 110 ter, 117, 118, 125),	in $5\frac{7}{10}$ igitur §§ semel.

[1]) Detractis iis paragraphis, quibus leguntur testimonia, alia, continet orat. XXXV. circiter 46, orat. XXXXIII. circiter 68, orat. XXXXVI. circiter 23, orat. LIX. circiter 114 paragraphos.

Tum multae interrogationum, quae insunt in priore parte orationum nostrarum, brevissimae eamque ob causam alacres vividaeque sunt. Exscribam has:

XXXV. 22. οὗτοι δὲ τί ἐποίησαν; 46. ἀλλὰ τί κελεύεις, ὦ Λάκριτε; 47. παρὰ τοῖς ἕνδεκα; 48. ἀλλὰ παρὰ τῷ ἄρχοντι;

XXXXIII. 29. τίνες οὖν οἱ λοιποί; 48. cl. 49. τίνος ὢν πατρός; ib. cl. 49. μητρὸς δὲ τίνος; ib. ὁ δὲ Στράτιος τίνος; 49. ὁ δὲ Πολέμων τίνος; 52. ἀλλὰ τίνι καὶ δίδωσιν;

XXXXVIII. 52. Ἀλλὰ τί ταῦτα σπουδάζω;

LII. 27. τῷ ταῦτα πιστά;

LIX. 110. ποῦ ἦτε; ib. τῷ; ib. οὐ γάρ;

Denique responsiones interrogationibus subiciuntur in or. XXXV. § 22, in or. XXXXIII. §§ 22, 25, 29, 48, 49, 52, in or. LII. §§ 27 et 29.

Tum quaerendum est, quoties quaque ratione in orationibus, de quibus agimus, allocutio adiciatur.¹) Atque deos quidem eum, qui orationes XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. confecit, et saepius et aliis verbis, quam reliquarum septem orationum auctorem alloqui, negare non poteris. Leges enim

XXXV. 40. μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας, ib. μὰ Δία, 44. φέρε πρὸς τῶν θεῶν, 48. νὴ Δία;

XXXXIII. 52. οὐ μὰ Δί', 65. ὦ Ζεῦ καὶ θεοί;

XXXXVIII. 2. μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον;

XXXXIX. 64. νὴ Δία;

L. 2. καὶ πρὸς θεῶν, 13. μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω;

LII. 9. καὶ μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα, 14. οὐ μὰ Δί', 26. νὴ Δία.

In iis igitur obtestationibus, quae et breves et vulgares sunt, consentiunt oratores; in longioribus, quibus maxime genus dicendi cognosci potest, differunt inter se.

¹) De allocutione videas quaeso Doberenz. l. l. p. 20, Rehdantz. l. l. s. v. Anrede, Sigg. l. l. p. 419, Blass. l. l. p. 153, Schwebsch. l. l. pagg. 69—70. 73—74, R. Kuehnleinii d., qu. i. De usu precandi et iurandi formularum ap. X oratores Attic., Neostadii 1882.

Prorsus aliam autem rationem orationum XXXV. XXXXIII XXXXVIII. auctorem sequi atque ceterarum scriptorem debitur tibi, cum quoties iudicum allocutio inveniatur inquisiveris Videbis enim illos iudices alloqui

in or. XXXV.	bis et tricies (§§ 1, 3, 5, 6, 7, 9, 15, 16, 19, 22, 24, 25, 26, 27, 31, 35, 37, 38, 40, 41, 42, 44 bis, 47 bis, 50 bis, 52, 53, 54, 55, 56),	in $1\frac{7}{18}$ igitur §§ semel,
or. XXXXIII.	sexies et quinquagies (§§ 1 bis, 2, 3, 8, 11, 12 bis, 14 bis, 15, 17 bis, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 25 bis, 28 bis, 31, 32, 33, 34, 38 bis, 42, 47, 48 bis, 49, 52, 53, 55, 56, 59, 69 bis, 62, 65, 67 bis¹), 68, 71, 72, 73, 74, 79, 80, 81 bis, 83, 84),	in $1\frac{3}{14}$ igitur §§ semel,
in or. XXXXVIII.	septies et tricies (§§ 1 bis, 2, 3, 4, 5 bis, 6, 7 bis, 8, 10, 11, 12, 16 bis, 18, 19, 22, 28, 31 bis, 35, 36, 39, 40, 43, 46, 47, 48, 51 bis, 52 bis, 53, 55, 57),	in $1\frac{21}{37}$ igitur §§ seme
in or. XXXXVI.	ter (§§ 1, 28 bis),	in $7\frac{2}{3}$ igitur §§ semel,
in or. XXXXVII.	sexies decies (§§ 1, 3, 13, 18, 25, 41, 45, 49, 55, 61, 67, 72, 74 bis, 78, 79),	in $5\frac{3}{16}$ igitur §§ semel,

¹) ὦ semel om. Σ.

in or. XXXXIX.	novies (§§ 1, 3 bis, 35, 42 bis, 45, 54. 69),	in 7 2/3 igitur §§ semel,
in or. L.	undecies (§§ 1, 2, 7, 8. 11 bis. 23, 38, 43 bis, 52),	in 6 2/11 igitur §§ semel,
in or. LII.	quindecies (§§ 1, 3, 6. 7, 8, 9. 12. 20, 22, 23, 25, 27. 29, 31, 32),	in 2 1/5 igitur §§ semel.
in or. LIII.	quater (§§ 1, 4, 19. 21),	in 7 1/4 igitur §§ semel.
in or. LIX.	quater (§§ 11, 14, 125[1]), 126), cum decies verba *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* invenimus (§§ 1, 16, 17, 24, 74, 77, 88, 94, 105, 116),	in 8 1/7 igitur §§ semel.

Porro aversionis (*ἀποστροφῆς*)[2]) exempla enumerabo: XXXV. 45—47, 49, XXXXVIII. 41—47, XXXXVI. 25, XXXXVII. 14—17, XXXXIX. 40. 49, 63—64, LIII. 12. Quam sententiarum figuram orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. auctori magis in deliciis esse, quam ei, qui ceteras septem conscripsit. persuaderi tibi posse non speraverim. Sed quam hic maxime adamavit figuram sententiarum, eius in illius orationibus ne unum quidem exemplum reperies; orationem dico directam.[3]) qua orator „quaecunque in rebus, quas enarrat, aut ipse aut adversarius aut tertius aliquis locutus est“ [4]) refert.

Cernimus autem eam insertam orationi

XXXXVII. 50. 57—70:
XXXXIX. 63:
L. 26—28, 34—37, 39—40, 48—49:
LII. 5—6, 8—11:
LIII. 11—12:
LIX. 70, 82, 110—111.

---

[1]) ὦ deest.

[2]) Cf. Lortz. l. l. pagg. 40—41, Sigg. l. l. p. 420, Schulz. l. l. p. 77, Schwebsch. l. l. pag. 70.

[3]) Cf. Lortz. l. l. p. 41, Sigg. l. l. 420, Blass. l. l. p. 155, Schulz. l. l. p. 77.

[4]) Lortz. l. l. p. 41.

Similiter in or. XXXXIII. et XXXXVIII. ea tantum verba dicta sunt, quibus orator a iudicibus petit, ut alias personas adesse et orare credant: in illius § 83 legimus: *νομίζετε δὴ τὸν παῖδα τοῦτον, ὦ ἄ. δ., ἱκετηρίαν ὑμῖν προκεῖσθαι — καὶ ἱκετεύειν*, in huius § 57: *νομίσατε γὰρ ἐκείνας ἐνθάδε παρεῖναι.* Qua figura, quam Graeci *προσωποιΐαν*[1]) vocant, scriptor orationum XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. plane abstinuit.

Denique pauca mihi sunt proferenda de verborum figuris.

Dissolutio s. coacervatio (*ἀσύνδετον*)[2]) usurpatur.

XXXXVII. 30. *ἔμελλε — καὶ τούτοις τεκμηρίοις καταχρήσεσθαι ὡς ἀποδέδωκε, τῷ καιρῷ, τῇ χρείᾳ*[3]);

LIX. 47. *κάλει μοι Σάτυρον Ἀλωπεκῆθεν, Σαυρίαν Λαμπτρέα, Διογείτονα Ἀχαρνέα,* 48. *κάλει μοι μάρτυρας τοὺς συνόντας αὐτοῖς, Εὔβουλον Προβαλίσιον, Διοπείθην Μελιτέα, Κτήσωνα ἐκ Κεραμέων.*

Polysyndeta[4]), quae quattuor habent membra, inveniuntur XXXXIII. 79, XXXXVI. 28, LII. 32, quod quinque membris est compositum, legis XXXXIII. 19, quod sex membrorum est, LIX. 101, quodque maximum est (septem membrorum), LIX. 19.[5])

Anaphora[6]) non occurrit nisi

XXXXVIII. 52. *ὅτι ἀδικεῖ μὲν ἐμὲ, ἀδικεῖ δὲ τοὺς θεούς;*

XXXXVII. 18. *καὶ ἄκυρα μὲν ἐποίησε τὰ δικαστήρια ὑμέτερα, ἄκυρα δὲ τὰ ψηφίσματα καὶ τοὺς νόμους;*

LII. 33. *ἔπειτα ἄξια μὲν αὐτῶν ὑμῶν, ἄξια δὲ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ*, neque vero LIII. 24, quem locum laudavit Schwebschius (pag. 64).

---

[1]) Cf. Blass. l. l. p. 155.

[2]) Cf. Rehd. l. l s. v. Asyndeton, Sigg. l. l. p. 418, Blass. l. l. pagg. 147—149, Schulz. l. l. pagg. 77—78, Schwebsch. l. l. pagg. 67—68.

[3]) καὶ τῇ F. Q.

[4]) Cf. Rehd. l. l. s. v. Polysyndeton, Sigg. l. l., Blass. l. l. pagg. 149—150, Schulz. l. l., Schwebsch. l. l.

[5]) Errare intellegis Schwebschium, qui l. l. pagg. 64/5 sic: „Superatur igitur Leochareae scriptor et a Demosthene et ab Apollodoro, quorum in orationibus asyndeta et polysyndeta insunt multa.“

[6]) V. Rehdantz. l. l. s. v. Anaphora, Blass. l. l. p. 147, Schwebsch. l. l. p. 64.

Paronomasiae[1]) unicum extat exemplum: XXXXIII. 60. *εἰ Θεόπομπος τετελεύτηκεν ὁ τουτουὶ πατήρ, οἱ νόμοι οὐ τετελευτήκασιν, οὐδὲ τὸ δίκαιον τετελεύτηκεν.*

Haec habui, quae dissererem de ornatu figurisque; idonea, opinor, quae tibi magnam inter orationes XXXV. XXXXIII. XYXXVIII. et ceteras septem intercedere diversitatem comprobent.

Jam transgrediamur ad

II. Sententiarum compositionem

considerandam.

Benselerus primus docuit ab orationum, quas tractamus, scriptoribus et graves et crebras admitti vocalium concursiones.[2]) Quarum permultae apertissime demonstrant auctores nec collocatione nec formarum varietate evitare studuisse hiatum, ita ut fortuito concursus vocalium deesse in or. LII. exordio (§§ 1--2) negari nequeat.[3])

Alia lex, ex qua Demosthenem diligenter cavisse, ne plus, quam duae breves syllabae, deinceps sequerentur, Blassius docuit[4]), nulli nobis erit curae; nam scriptores eam prorsus neglexerunt. Idem cadit in usum illum clarissimi oratoris, ut „apta et quasi rotunda verborum constructio contineatur concinnitate membrorum.“[5]) Nulla enim arte in orationibus nostris fictae sunt periodi: in orationibus XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. saepissime tot et participia et genetivi absoluti congeruntur, ut longissimae evadant periodi.[6]) Adscribam locos hos: XXXXVII. 51.

[1]) Rehd. s. v. *Παρήχησις*, Schwebsch. l. l. p. 63, Windel. p. 16.

[2]) In libro de hiatu, Friberg. 1841, pagg. 137—138, 140—147.

[3]) Cf. Blass. l. l. p. 459 not. 3.

[4]) Cf. Fr. Blass. d. Ueb. d. Echtheit der Dem. Briefe, Regim. 1875. l. l. de Att. eloq. III, 1, pagg. 99 proxx., comment. in Verhandlung der 34. Versammlung deutscher Philologen und Schulmaenner in Trier. 1879. (Ueber den Rhythmus bei Prosaikern, insbes. bei Demosthenes), Hoeck. l. l. pagg. 15 proxx., M. Bodendorfii comment. Das rhythmische Gesetz des Demosthenes (Progr. Regim. a. 1880).

[5]) Cf. Schulzii d. l. p. 78, Blassii l. l. pagg. 105 proxx.

[6]) V. A. Schaefer. l. l. pagg. 189 proxx., Lortz. l. l. p. 36, Sigg. l. l. p. 428, Blass. l. l. pagg. 459, 463, 467, 471, 496.

63. 64; XXXXIX. 6, 9 proxx., 13, 16 proxx., 22, 29, 43; L. 4, 12 proxx., 14 proxx., 17 proxx., 22, 24 proxx.; LII. 7, 13 proxx, 17 proxx., LIII. 17, 29; LIX. 3 proxx., 10, 12, 13, 27, 37 proxx., 55 proxx., 62 proxx., 72, 103. 116. Tales participiorum et genetivorum absolutorum accumulationes in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. frustra quaeres. Periodos enim, quas in his ob magnitudinem notaris, orator singulis enuntiatis plerumque *καί* particula conectendis efficit. (Cf. XXXV. 1, 3—4, 36, 44, XXXXIII. 12. Simplicitati potius eum studere in sententiis fingendis senties etiam, cum breves illas sententias deinceps positas et *καί* particula coniunctas legeris: XXXV. 30 proxx., XXXXVIII. 15. 20. 24.[1])

Age vero nunc singulas structuras in quaestionem vocemus.

Atque primo quidem loco eas tractemus, quae, si grammaticam spectas, non repugnant eius praeceptis.

Primum exponendum videtur, quoties quoque modo scriptores et nominibus propriis et infinitivis articulum adiciant.

Reperiuntur

in oratione	nomina[2]) personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	populorum cum articulo	populorum sine articulo	region. et oppidor. cum articulo	region. et oppidor. sine articulo
XXXV.	4	36	9	8	20[3])	17
	§§ 7, 8 16, 40.	§§ 3 bis, 4. 5 6quater, 7ter, 8, 15 ter. 16. 17. 18, 22 28. 30 ter. 31. 33 quater, 36, 37, 40 bis, 41, 44, 48, 50.	§§ 1, 2. 6, 52 ter, 53 bis. 55.	§§ 2, 8. 15. 26 ter. 50 bis.	§§ 3, 4, 7, 18, 24, 25 bis, 32 bis, 35 ter, 36 bis, 37, 50, 52. 53 ter.	§§ 28 bis, 31 ter, 32 bis, 35 quinquies, 36, 44, 52, 53, 54.

[1]) Cf. Blass. l. l. pagg. 496, 500.

[2]) Non curo locos, quibus nom. propr. praedicati locum obtinent cumque *τις* pronomine coniuncta sunt.

[3]) Locis allatis semper praeter § 4 *Πόντος* nomen proprium articulo ornatur.

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	populorum cum articulo	populorum sine articulo	region. et oppidor. cum articulo	region. et oppidor. sine articulo
XXXXIII.	71 §§ 11, 12 bis, 14. 19 bis, 20 bis, 21, 22 sexies, 23 ter, 24 quinquies, 26 sexies, 27, 29 quater, 30, 33, 35 ter, 39, 40 quater, 41, 47, 48 ter, 49 quater, 63, 65, 66, 67, 74, 75, 77 bis, 78 ter, 79 sexies, 83.	291 §§ 1, 3 bis, 4 quater, 5 quater, 7 sexies, 10, 11, 12, 13 quinquies, 14 quater, 15 sexies, 17 septies, 18 bis, 19 septies, 20 ter, 21 sexies, 22 novies, 23 bis, 24 quater et decies, 25 novies, 26 septies, 27 quinquies, 28 quater, 29 undecies, 31 ter, 32 quater, 33 septies, 34 novies, 35, 39 ter, 40 septies, 41 novies, 47 ter, 48 duodecies, 49 quater et decies, 50 quinquies, 52 sexies, 55 quater, 56 ter, 59 ter, 60 bis, 61	3 §§ 65, 77, 78.	4 §§ 7, 22, 48 bis.	—	5 §§ 3, 4, 19, 64, 66.

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	populorum cum articulo	populorum sine articulo	region. et oppidor. cum articulo	region. et oppidor. sine articulo
		quinquies, 62, 63 octies, 64 quater, 65 quinquies, 67 bis, 68, 69 quater, 70, 72 bis, 73 decies, 74, 76 sexies, 77 ter, 78 ter, 79, 80 sexies, 81 quater, 82 bis, 83 sexies.				
XXXXVIII.	25 §§ 2, 5, 6 ter, 10, 12 ter, 14 ter, 15 ter, 16, 17, 20, 30, 32, 46 bis, 47 bis, 56.	60 §§ 1, 2 bis, 4 bis, 5 ter, 6, 8, 9, 11 bis, 12, 13, 14, 16, 17, 18 bis, 19, 20 ter, 21, 22 ter, 23, 24, 25 bis, 26 ter, 27, 28 ter, 29, 30 ter, 31 bis, 33, 34, 35 bis, 37, 48, 51 bis, 53, 56 bis, 57 bis, 58 bis.	—	2 §§ 5, 11.	—	2 §§ 24, 27.
XXXXVI.	3 §§ 9 bis, 13.	21 §§ 1 bis, 3, 5 octies, 6, 8 bis,	—	1 § 12.	—	—

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	nomina populorum cum articulo	nomina populorum sine articulo	nomina region. et oppidor. cum articulo	nomina region. et oppidor. sine articulo
		18, 25 bis. 27 ter, 28.[1]				
XXXXVII.	59 §§ 7, 8 bis, 10, 11, 12 bis, 13 bis, 21, 25, 26 bis, 30, 31 bis, 32 quater, 33 bis, 34 ter, 35 quater, 36, 37 bis, 38 bis, 39 bis, 40, 41, 42, 43, 45 bis, 47, 49, 50, 51, 52, 60 ter, 62, 63 bis, 64, 65 bis, 71, 79, 80.	32 §§ 5 ter, 6 ter, 18, 19, 20, 22 bis, 25, 28, 31 32 bis, 34, 35, 44, 50, 53 ter, 58 bis, 60 ter, 61, 65, 70, 78.	2 §§ 22, 28.	1 § 43.	1 § 20.	2 §§ 5, 62.
XXXXIX.	64 §§ 8 bis, 15, 16, 17 ter, 18, 20, 21, 23, 24 ter, 26, 28, 29 bis, 31 ter, 32 quater, 34, 35 bis, 36, 37 bis, 38, 39 bis, 40 bis, 41, 43, 44	92 §§ 1 bis, 3 ter, 4, 6 bis, 7 quinquies, 8 bis, 9 bis, 10 ter, 11, 13 bis, 14 bis, 15, 16, 17 quater, 18 bis, 20 bis, 22 quater, 25 bis, 26	3 §§ 14, 15, 31.	2 §§ 13, 50.	6 §§ 6, 22, 25, 28, 29, 60.	16 §§ 9, 13 bis, 14, 16, 18, 20, 22, 25, 26 bis, 33, 34, 48, 49, 61.

[1]) Siggius ait p. 431: „Sechs Namen fallen auf das supponierte Zeugniss § 5, in dessen Formeln sie der allgemeinen Sitte gemaess nicht mit Artikeln gebraucht werden konnten."

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	nomina populorum cum articulo	nomina populorum sine articulo	nomina region. et oppidor. cum articulo	nomina region. et oppidor. sine articulo
	bis, 48, 49, 53 bis, 55 bis, 56 quater, 57 bis, 58 bis, 60 ter, 61 bis, 62 quater.	bis, 28, 29, 30 ter, 31 quater, 32, 33, 35 bis, 36 bis, 37 ter, 43 ter, 44 ter, 45 quater, 46, 47 quater, 48, 53 ter, 54, 55, 59 bis, 60 bis, 62 quater, 64, 66, 69.				
L.	31 §§ 13 bis, 19 bis, 21, 24, 26 bis, 27 bis, 37, 41 bis, 42 quinquies, 49 bis, 50, 51 bis, 52 sexies, 53 bis.	53 §§ 1 ter, 4 bis, 5 bis, 6, 12 bis, 13 bis, 14, 17 ter, 18, 20, 23, 24, 27 bis, 28 bis, 29, 32 bis, 41 quater, 43, 46 bis, 47 quater, 48 ter, 49 bis, 50, 53, 54, 56 ter, 57, 66, 68 bis.	9 §§ 17, 21, 27 bis, 41 bis, 47, 52, 53.	17 §§ 5 bis, 6 ter, 14 bis, 17 bis, 20, 22 bis, 45, 47 bis, 48, 56.	15 §§ 5, 6 bis, 11, 19 bis, 21, 24, 25, 41, 46, 50 bis, 51, 56.	32 §§ 4, 12, 14, 17 bis, 18 ter, 20 bis, 21 bis, 22 bis, 29 bis, 32 bis, 38, 46 ter, 47, 48 bis, 49, 50, 52, 53 bis, 54, 58.
LII.	58 §§ 3, 4 bis, 5 bis, 6 bis, 7 quater,	39 §§ 3 sexies, 5 ter, 6 ter, 7,	9 §§ 3 ter, 5,	4 §§ 5 bis,	2 §§ 3, 5.	6 §§ 3, 5, 8, 9,

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	populorum cum articulo	populorum sine articulo	region. et oppidor. cum articulo	region. et oppidor. sine articulo
	8 bis, 9 quater, 10 bis, 11 bis, 12 bis, 13, 15 quinquies, 16 bis, 18 bis, 19 quater, 20 ter, 21 quinquies, 22 bis, 23, 24 bis, 25 bis, 28 bis, 29 bis, 30, 32.	8 13 bis, 14 sexies, 18 quater, 19. 20 ter, 25. 26. 27. 29 ter, 30, 31 32.	8,9.10 14, 20	6 bis.		10. 29.
LIII.	12 §§ 7, 9, 10, 15 bis, 18. 19, 20 bis, 26, 28 bis.	15 §§ 2, 4, 6, 9, 13, 14 bis, 18. 19 bis, 20 bis, 21 bis, 22.	1 § 20.	2 §§ 13, 18.	—	4 §§ 5 bis, 6, 17.
LIX.	85 §§ 2, 3, 20, 21, 22 quater, 23, 24, 26, 28, 29 bis, 30, 31 quater, 32 bis, 33 bis, 35, 36 bis, 37 bis, 38, 40 ter, 45 bis, 46 49, 50 bis, 51, 52 bis, 53 ter, 55 quater, 56, 58, 59 quinquies, 60 ter, 66, 67, 68 ter,	233 §§ 1 bis, 2 quater, 3 bis, 4, 5, 7 bis, 10 quinquies, 11 bis, 13 bis, 14 quater, 15, 16 sexies, 17, 18 ter, 19 septies, 20 ter, 21 bis 22 bis, 23. 24 quater, 25 quater, 26 bis, 27 bis, 28 bis, 29 bis, 30 qua-	51 §§ 3 bis, 18, 24 bis. 29 bis, 30. 33 bis, 35. 36 ter, 39, 43. 64, 91 bis, 96 quater 97, 98 quinquies,	45 §§ 2. 4 9 25, 27, 32, 34 bis, 37 bis, 40, 45 bis, 47 ter, 48 bis. 50, 54. 72, 73, 80, 84. 88 bis, 89, 90.	13 §§ 26. 30 bis, 35. 36, 37. 38 bis, 95. 96. 100. 101, 107.	30 §§ 3 quater, 4 bis. 9. 30. 32. 33 bis, 35. 36. 37, 48. 49. 76 bis, 94 bis, 95 ter, 99. 108

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	populorum cum articulo	populorum sine articulo	region. et oppidor. cum articulo	region. et oppidor. sine articulo
	69 quater, 70, 72, 73, 76 bis, 79, 80 bis, 81 bis, 83 quater, 97, 99, 108 110.	ter, 31, 32, 33 ter, 34 bis, 35 ter, 36 bis, 37 ter, 38 bis, 39 quinquies, 40, 41, 42 bis, 43 ter, 44, 45 sexies, 46 ter, 47 sexies, 48 quater, 49, 50 ter, 51 quater, 52 ter, 53, 54, 55. 56 ter, 58 ter. 59, 61, 62 quinquies, 63 quater, 64 quinquies, 65 quinquies, 66, 67 ter, 68, 69 bis, 70, 72 quinquies, 75, 79, 81 bis, 82 bis, 83, 84. 88, 91 bis, 93, 94, 95 bis, 96 bis, 97, 98 bis, 99 ter, 108 ter, 110 bis, 115 bis. 116 bis, 117 bis, 118 ter,	99 ter, 100 septies 101 quater 102 103bis, 105, 107, 108ter.	92, 94, 95 bis, 96 bis, 98 bis, 101 sexies, 102bis, 105.		quinquies, 120.

in oratione	nomina personarum cum articulo	nomina personarum sine articulo	populorum cum articulo	populorum sine articulo	region. et oppidor. cum articulo	region. et oppidor. sine articulo
		119 bis, 120 sexies, 121 octies, 122, 124, 125 ter, 126.[1])				

Ex hac tabula nullum nobis licebit capere fructum; etenim cave, ne fretus ea concludas nomina propria in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. in universum saepius, quam in ceteris, legi sine, quam cum articulo. Nam in maxima parte eorum locorum, quibus nomina propria articulo carent, nomina adversariorum animadvertuntur. Nomina autem adversariorum rarissime articulo ornari infra accuratius docebo.[2]) Et legi quidem illa in or. XXXV. septiesdecies, in or. XXXXIII. quinquies et tricies, in or. XXXXVIII. bis et quadragies, in or. XXXXVI. quinquies, in or. XXXXVII. novies, in or. XXXXIX. semel et vicies, in or. L. octies, in or. LII. terdecies, in or. LIII. semel, in or. LIX. quater et quinquagies.

Magna hac re statuitur diversitas. Aliam poterimus statuere, cum quoties nominibus adversariorum pronomina demonstrativa *οὗτος* et *οὑτοσί* addita, quoties omissa sint quaesiverimus. Vidi autem nomina adversariorum

in oratione	coniuncta cum οὑτοσί	coniuncta cum οὗτος	sine οὑτοσί οὗτος
XXXXV.	15 §§ 5, 6, 7, 8, 15, 17, 22, 28, 30, 31, 36, 37, 41, 44, 50.	1 § 3.	1 § 30.

[1]) Cf. Sigg. l. l. p. 430, Schwebsch. l. l. p. 75. Siggius neglegenter exempla collegit.

[2]) Etiam in or. XXXXIII. Apaturii adversarii nomen nunquam articulo instructum est. Cf. Schulz. l. l. p. 49.

in oratione	coniuncta cum οὑτοσί	coniuncta cum οὗτος	sine οὑτοσί οὗτος
XXXXIII.	19 §§ 4, 5, 7, 13, 14 bis. 15, 21 bis, 24, 26. 27. 28, 29, 41, 47, 80. 81. 82.	4 §§ 22. 34. 59. 67.	12 §§ 15, 17, 21, 33, 34, 48, 49, 52, 55, 60, 64, 65.
XXXXVIII.	22 §§ 5 bis, 6. 14. 17, 20, 22 bis, 23. 24, 25 bis, 26, 28 bis. 30, 31. 51. 53. 57 bis, 58.	9 §§ 13, 16, 18, 20, 21, 27, 29, 31. 58.	11 §§ 1, 2 ter, 4 bis, 28, 30, 34, 35, 56.
XXXXVI.	5 §§ 1, 8. 18, 25, 27.	—	—
XXXXVII.	3 §§ 53. 58. 63.	1 § 34.	5 §§ 35 53, 60. 65 bis.
XXXXIX.	2 §§ 6. 54.	—	19 §§ 1 bis, 3 ter, 4. 7, 8, 17, 20. 30, 32. 35, 37 bis, 43, 45, 47, 69.
L.	–	2 §§ 32. 54.	6 §§ 1 ter, 29, 57, 66.
LII.	2 §§ 5. 8.	—	11 §§ 13, 15 bis, 19, 20, 22, 25, 27, 28, 29, 32.
LIII.	1 § 4.	—	—
LIX.	15 §§ 16, 19, 24, 43, 45. 47, 50, 56, 62. 63, 64. 65. 83, 115, 117.	12 §§ 14. 17, 20, 22, 24. 44, 55, 63, 64, 72. 118, 119.	27 §§ 1, 16, 42, 46, 48, 51 bis, 55 bis, 56, 59 bis, 64, 67, 69,

in oratione	coniuncta cum οὑτοσί	coniuncta cum οὗτος	sine οὑτοσί οὗτος
			70, 72, 81, 82, 110, 115, 120, 121 bis, 122, 125, 126.

Apparet in tribus prioribus orationibus saepissime addi nominibus adversariorum οὑτοσί pronomen, ceterarum vero auctorem spernere et οὑτοσί et οὗτος.

Tertia est differentia, quod nomina adversariorum sine pronominibus illis posita, articulo carent praeter XXXXVII. 65, LII. 15 bis, 20, 22, 28, LIX. 52, 55 bis, 59, 69, 72,[1]) quarta, quod coniuncta cum οὑτοσί vel οὗτος non nisi XXXXVII. 63 (ὁ δ' Εὔεργος οὑτοσί) cl. LIX. 83 (τόν τε Στέφανον — αὐτὸν τουτονί) articulo ornantur.[2])

Infinitivos[3]) articulo instructos animadverti

in oratione		
XXXV.	5 (§§ 2, 19, 42, 46, 50)	in $9\frac{1}{5}$ igitur §§ semel.
XXXXIII.	5 (§§ 38, 55, 68, 77, 80)	„ $13\frac{3}{5}$ „ „ „
XXXXVIII.	7 (§§ 1, 3, 19, 21, 23 bis, 39)	„ $8\frac{2}{7}$ „ „ „
XXXXVI.	2 (§§ 9 et 17)	„ $11\frac{1}{2}$ „ „ „
XXXXVII.	8 (§§ 39, 43, 51, 52, 63, 75, 76, 80)	„ $10\frac{3}{8}$ „ „ „
XXXXIX.	5 (§§ 9 bis, 13, 54, 65)	„ $13\frac{4}{5}$ „ „ „

[1]) Huc non retulerim XXXXIII. 77. πόθεν δή ἐστι τὸ ὄνομα ὁ Μακάρτατος;
[2]) Cf. XXXXIII. 26. τῷ δέ γε Μακαρτάτῳ τῳδί.
[3]) V. Sigg. l. l. p. 429, Hoeck. l. l. p. 21, com., quam Stix annalibus gymn. Rotevillensis a. 1881 praefixam dedit et inscripsit: Zum Gebrauch des Infinitiv bei Demosthenes. Ceterum Sigg. exempla summa collegit neglegentia.

in oratione		
L.	5 (§§ 8, 9, 12, 16, 56)	„ $13\frac{3}{5}$ „ „ „
LII.	—	„ — „ „ „
LIII.	6 (§§ 1, 3, 4 bis, 9, 16)	„ $4\frac{5}{6}$ „ „ „
LIX.	13 (§§ 14, 36 bis, 37, 57, 74, 85, 86, 106, 112, 113, 114, 122)	„ $8\frac{10}{13}$ „ „ „

Nemo condendet in orationibus XXXV, XXXXIII, XXXXVIII, infinitivos cum articulo saepius adhiberi, quam in ceteris. Sed certe cernemus discrepantiam, cum quibus ex particulis infinitivi pendeant quaeremus. Pendent autem

ex

in oratione	ἀντί	διά	ἐν	ἐπί	περί	πλήν	πρός	χωρίς
XXXV.	2	—	—	—	—	—	—	1
XXXXIII.	—	1	—	—	—	3	—	—
XXXXVIII.	—	2	—	1	1	—	2	—
XXXXVI.	—	—	—	—	—	—	—	—
XXXXVII.	2	2	1	—	—	—	—	—
XXXXIX.	1	2	—	—	—	—	—	—
L.	—	4	—	1	—	—	—	—
LII.	—	—	—	—	—	—	—	—
LIII.	—	3	—	—	1	—	—	—
LIX.	—	4	—	—	—	—	—	—

Intellegis igitur in priore parte orationum infinitivos cum septem particulis (ἀντί, διά, ἐπί, περί, πλήν, πρός, χωρίς), in ceteris orationibus cum quinque tantum (ἀντί, διά, ἐν, ἐπί, περί) idque plerumque cum διά praepositione copulatos esse. Infinitivi, qui sunt subiecti sive objecti loco, qui pendent

ex substantivis, adiectivis, verbis, alii, occurrunt in orationibus XXXV. bis. XXXX II. semel, XXXXVIII. semel, XXXXVI. bis, XXXXVII bis, XXXXIX. bis, LIII. semel, LIX. novies. Accedit, quod plures infinitivi non nisi in altera parte orationum nostrarum coniunguntur: XXXXVI. semel duo (§ 17), XXXXVII. semel duo (§ 80), semel tres (§ 75), XXXXIX. semel duo (§ 9), L. semel tres (§ 3), LIII. bis duo (§§ 4 et 9), LIX. quater duo (§§ 36, 37, 57, 114), bis tres (§§ 85 et 86).

Huc addam in orationum XXXXVII. § 63 et LIX. §§ 57, 106, 112, 114 infinitivos articuli genetivo praeposito ita dici, ut finem significent.[1])

Deinde de accusativis absolutivis disseram[2]).

Quae structura in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. nunquam adhibetur; nam *προσῆκον* participium, quod Rehdantzius[3]) affert ex or. XXXXIII. § 50, Schulzius ex *ἐξελέγχονται* pendere recte annotavit[4]) neque iure eidem viro d. Cobetus (Misc. crit. p. 86) XXXV. 52 ut in oratione suppositicia *γεγραμμένων* in *γεγραμμένον* videtur mutavisse.[5]) Haud raro autem obviam sunt participia absoluta in ceteris septem orationibus: in or. XXXXVII. reperitur *ἐξόν* § 5, in or. L. *δόξαν* § 8, *προσταχθέν* § 12, *οὐκ ὄν* § 22, in or. LII. *μεταδόξαν* § 20. *ἐξόν* § 32, in or. LIX. *ἐξόν* §§ 13 et 88, *δέον* § 27, cf. LIX. 112. *γενόμενον*.

Tum quaeramus, quatenus scriptores in sententiis conectendis differant. Et primum quidem agamus de vinculo illo, quo Graeci enuntiata relativa cum primariis enuntiatis conectentes utebantur, „ut pronominis relativi casum non ponerent eum, qui structura enuntiati relativi efflagitaretur, sed eum, quem enuntiatum primarium postulabat aut ab ea parte sententiae, pro qua enuntiatum relativum substituebatur.

---

[1]) Cf. Lortz. l. l. p. 71.

[2]) Schulzius l. l. p. 59 exempla absolutorum, quotquot apud Demosthenem inveniuntur, collegit, sed minus diligenter; nam tria eum fugerunt (XXXXVII. 5, LII. 20, LIX. 27) et *προσῆκον*, quod LIX. 17 legi dicit, frustra quaeres. Cf. etiam Windel. l. l. p. 13.

[3]) ind. II. p. 269.

[4]) l. l. p. 59. not. 2.

[5]) l. l. p. 59 not. 3; *γεγραμμένων* habent FSQ, Reiskius, Dindorf. (i. ed. Ox. et Lips.), Voemel., *γεγραμμένον* G. H. Schaefer. (app. crit. IV, 587), Bekkerus.

aut ab eo nomine, ad quod pronomen relativum attributi loco referebatur.“ [1])
Omnes locos, quibus attractio adhibita est et neglecta, enumerabo.

A. Quem ad modum accusativus pronominis relativi attractione in genetivum transierit.

Genetivus pronominis relativi aptus est

1. ex substantivis: XXXXIII. 9. (*μέρος ὧν = μέρος τούτων, ἅ*), XXXXVI. 2, LIII. 16, LIX. 12.

2. ex adiectivis: XXXXVIII. 8 (*τὰ ἡμίση — ὧν = τὰ ἡμίση τούτων — ἅ*)[2]) et 53.

3. ex pronominibus substantivis: ex *τι*: XXXXVIII. 46, 47, LIX. 11; ex *ὁτιοῦν*: XXXXVIII. 9; ex *οὐδέν*: L. 31, 37, LIII. 4; ex *μηδέν*: L, 13.

4. ex numeralibus: LIII. 6 bis.

5. ex verbis: XXXXVI. 9 (*ἀπεστερήθην ὧν = ἀπεστερήθην τούτων, ἅ*), XXXXIX. 5, 27, 54, L. 31, 37, 47, LIII, 13.

6. ex praepositionibus: ex *ἐξ*: XXXXVII. 70; ex *μέχρι*: XXXXIII. 27; ex *περί*: XXXXIII. 31, XXXXVIII. 4, 7, XXXXVI, 9, 23, XXXXIX. 33, 57, L. 11 bis, 26.

Additur autem genetivus genetivo

a) pronominis: XXXXIII. 9 (*τῶν ἄλλων ὧν = τῶν ἄλλων, ἅ*), XXXXVIII. 37, XXXXIX. 21, 27.

b) adiectivi: XXXXVIII. 5 (*ἁπάντων ὧν = ἁπάντων, ἅ*), 6, 33, L. 64, LII. 19, 32.

c) substantivi: legitur *οὗ* pro *ὅν*: L. 42, 54, 65; *ἧς* pro *ἥν*: XXXXVIII. 33, 45, XXXXVI. 13; *οὗ* pro *ὅ*: XXXXVIII. 17, 18, 27, 34, 45; *ὧν* pro *ἅς*: XXXXVII. 45, L. 64; *ὧν* pro *ἅ*: XXXXIII, 70, XXXXVIII, 34, XXXXIX, 37, 39, L, 8.

Mutatum autem non est: *ὅν* XXXXVIII. 27; *ἥν*: XXXXIII. 20, XXXXVIII, 27, XXXXVII. 39 (obiect. anticipatum; cf. tamen XXXXVIII. 45), XXXXIX. 55, 65 (in figura etymologica)[3]), LIII. 22 (i. fig. etym.),

---

[1]) Cf. E. R. Schulzii d., q. i. De attractionis pronominis relativi apud oratores Atticos recentiores usu et formis (in progr. gymn, Budiss, anni 1882), p. 1.

[2]) *ὧν* om. FSQ.

[3]) V. Schulz. d. de attr. p. 12.

LIX. 39, 119; ὃ: XXXXVII. 49; ἃς: XXXXIX. 11, 48, 62; οὓς: XXXXIX. 40, LII. 7; ἃ LIX. 46; ὅσα post ἄλλων XXXXIII. 68.

B. Accusativus pronominis relativi attractione in dativum commutatur.

Dativus pronominis relativi pendet

1. ex verbis: XXXXVIII. 52 (*αἰσχύνομαι — οἷς = αἰσχύνομαι — τούτοις, ἅ*), XXXXVII. 3, XXXXIX. 3, LII. 13.

2. ex praepositionibus: ex *ἐπί*: XXXV. 43, XXXXVII. 41; ex *πρός*: L. 12, 23;

Additus autem est dativus dativo

a) pronominis: L. 3 (*ἑκάστῳ, οἷς = ἑκάστῳ τούτων, ἅ*), LIX. 44.

b) substantivi: positum est ᾗ pro ἥν: XXXXVII. 8, 10; οἷς pro ἅ: LIX. 21.

Manet autem ἅς: XXXV. 42, ubi Aug. prim. αἷς praebet; ἅ: XXXXVIII. 36 (ἅ est praemissum pronom. demonstr. *τούτοις*); ὅσους, quod praecedit pronomini *αὐτοῖς* LIX. 92; ὅν: XXXV. 38, XXXXIX. 50, LIII. 13; ἥν: XXXV. 18, XXXXIX. 42 (fig. etym.), LIX. 125 (fig. etym.); ὅ: XXXXVII. 33, LIX. 33; οὕς: L. 25; ὅσα: XXXV. 18 (fig. etym.), ubi A et r οἷς habent.

Vides scriptorem orationum XXXXVI. XXXXII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX. paulo saepius, quam ceterarum, auctorem attractione pronominis relativi supersedere maluisse.

His de attractionis usu expositis illa notabo exempla, quibus duo enuntiata secundaria eadem relativi forma conectuntur¹): XXXXIX. 44: *ἃς πρώτας ἐδανείσατο —, ἃς (o. A.) καὶ ἐκέλευε δοῦναι*; 48. *ἃς ἐδανείσατο —, ἃς (o. A.) καὶ ἀπέδωκε*; LIX. 46. *ἃ δ' ἐξῆλθεν ἔχουσα —, ἃ αὐτῇ τῇ ἀνθρώπῳ ἠγοράσθη*, 50. *ἣν ἦλθεν ἔχουσα —, ἣν τότε μὲν Στρυβήλην ἐκάλουν.*

Simillimi sunt loci hi: XXXXVII. 67: *ἐγὼ αὐτὸς εἰσήγαγον ἰατρὸν, ᾧ πολλὰ ἔτη ἐχρώμην, ὃς ἐθεράπευεν*; XXXXIX. 32. *πρὸς τὸ ἄλλο χρέως, ὃ οὗτος αὐτῷ ὤφειλεν, ὃ ἀπέτισε Τιμοσθένει*; LII. 4. *καὶ τούτου τοὔνομα προσπαραγράφειν, ὃς ἂν μέλλῃ συστήσειν καὶ δείξειν τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἂν δέῃ κομίσασθαι τὸ ἀργύριον*, 12. *ταῦτ' ἔστιν, ἐξ ὧν — ἡ δίκη αὕτη πέπλασται,*

¹) Cf. Lortz, l. l. p. 34.

ὧν ἐγὼ ἤθελον τούτῳ ταύτην ἥ τις εἴη μεγίστη πίστις δοῦναι; LIX. 39. *τὸ οἰκίδιον, ὃ ἦν αὐτῷ —, ὃ νυνὶ Σπίνθαρος παρ' αὐτοῦ ἐώνηται*, 88. *νόμους ἔθετο αὐτῷ καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ —, οἱ νῦν προπεπηλακισμένοι εἰσίν.*

Huc adiciam eos locos, quibus enuntiata pronomine relativo incipiuntur: XXXXVII. 63 (*ὁ δ' Εὔεργος — — ᾤχετό μου λαβὼν τὰ σκεύη· ᾧ οὔτε δίκην ὠφλήκειν — —*), 66; XXXXIX. 13, 23, 37, 48, 67; L. 4, 6, 11, 23, 62, 64; LII. 12; LIX 50, 89, 97, 121.

Talia in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. nunquam inveni.

Tum explicemus, quatenus scriptores discrepent usu particularum, quae sententiis iungendis inserviunt.

Particulam copulativam *καί* summo opere amat auctor orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII.

Incipit enim haec particula novas periodos

in or. XXXV. undevicies: §§ 5, 8, 16, 22, 28 bis, 29, 30 bis, 31, 32, 33, 37, 42, 43, 45, 47, 53, 56;

in or. XXXXIII. sexies et vicies: §§ 3, 4, 5, 8, 9, 10 bis, 11, 13, 14, 15, 16, 19, 22, 23, 24, 32, 34, 48, 69, 73 bis, 74, 76, 77, 84;

in or. XXXXVIII. undequadragies: §§ 5 bis, 6, 7, 8, 9, 11, 12, 14, 15 ter, 16, 17 bis, 18, 19, 20, 21 bis, 22 bis, 23, 24 bis, 27, 28, 29 31 bis, 32, 33, 38, 44 bis, 49, 51 bis, 56, 58.

Rarius *καί* particula usurpatur in ceteris orationibus:

in or. XXXXVI. quater: §§ 7, 8, 17, 25;

in or. XXXXVII. sexiesdecies: §§ 2, 5, 17, 28, 33, 38, 40, 43, 44' 52, 66, 72, 76, 78, 80 bis;

in or. XXXXIX. quaterdecies: §§ 6, 7, 18, 20, 28 bis, 30, 32, 33, 39, 42, 43, 46, 68;

in or. L. decies: §§ 2, 6, 9, 10, 12 bis, 13 bis, 21, 49;

in or. LII. septies: §§ 9, 21, 22, 27 ter, 28, 33;

in or. LIII. quater: §§ 7, 9, 18, 28;

in or. LIX. ter et quadragies: §§ 1, 6, 9, 10, 13, 15, 24 bis, 26 28, 32, 33 bis, 34 bis, 40, 48, 53, 61, 70, 73, 76 bis, 83, 84, 87, 91 bis, 93, 94, 96, 99, 102, 104, 106, 109, 112, 117, 121, 125, 126 bis.

Hic monuerim locis ex or. LIX. allatis *καί* particulam saepissime incipere formulam illam *ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω*, quam in ea frequentissimam esse supra demonstravi.

Adamavit autem scriptor orationum XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LII. LIX. adhibere *ἔτι*, quam particulam legis XXXXVI. 11 (*ἔ. τοίνυν*), XXXXVII. 57 (*ἔ. δέ*), 78 (*ἔ. δὲ καί*), XXXXIX. 10 (*ἔ. δὲ καί*), 13 (*ἔ. δέ*), 34 (*ἔ. δὲ καί*), 69 (*ἔ. δὲ καί*), L. 6 (*ἔ. δέ*), 7 (*ἔ. δέ*), 11 (*ἔ. δέ*), 22 (*ἔ. δέ*), 23 (*ἔ. δέ*), 25 (*ἔ. δέ*), 31 (*ἔ. δὲ καί*), 44 (*ἔ. δὲ πρὸς τούτοις*), 52 (*ἔ. δὲ καί*), 57 (*ἔ. δὲ καί*), LII. 25 (*ἔ. τοίνυν*), LIII. 15 (*ἔ. δὲ πρὸς τούτοις*), 21 (*ἔ. τοίνυν καί*), LIX. 8 (*ἔ. δὲ καί*).

In tribus prioribus orationibus sunt exempla haec: XXXXIII. 62 (*ἔ. δέ*), 74 (*ἔ. δὲ πρὸς τούτοις*), XXXXVIII. 43 (*ἔ. δὲ πρὸς τούτοις*).

Quibus copulandi formis addendae sunt hae:

πρὸς δὲ τούτῳ: L. 44, LII. 10, 16.
πρὸς δὲ τούτοις: XXXXVII. 20, 21, 32, LIII. 17.
πρὸς δὲ καί: LIX. 55.
ἅμα: XXXXVI. 7, XXXXVII. 18, LIX. 86.
ἅμα δέ: XXXXVII. 56.
ἅμα δὲ καί: LIX. 51.
ἅμα μὲν — ἅμα δέ: XXXXVII. 46, LIX. 83.
ἅμα τε: XXXXVI. 1.
καὶ ἅμα: XXXV. 29, XXXXIX. 17, L. 17, LIII. 6, 7 bis, 8.
ἐπὶ τούτοις: XXXXVI. 22, 27.
ὅμως δέ: LIX. 79, 89.
φέρε δή: LII. 20, LIX. 55, 79.

Unum igitur exemplum ex priore parte orationum petitum vides (XXXV. 29: *καὶ ἅμα*). Nusquam nisi XXXV. 44 *χωρὶς δὲ τούτων* legitur.

Saepius autem occurrit in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII., quam in ceteris septem, *μετὰ ταῦτα*: XXXV. 21 (*μ. δὲ τ.*), 24 (*μ. τ.*), XXXXIII. 12 (*μ. τ.*), XXXXVIII. 9 (*καὶ μ. τ.*), 18 (*μ. δὲ τ.*), 22 (*μ. δὲ τ.*), 31 (*καὶ μ. τ.*), XXXXIX. 23 (*μ. τ.*), 28 (*μ. τ.*), L. 38 (*μ. τ. τοίνυν*), LIX. 24 (*μ. τ.*), 26 (*μ. τ. τοίνυν*), 29 (*μ. τ. τοίνυν*).

Non minus frequenter, quam *καί* particula, utitur scriptor orationum XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. *οὐκ* (*μή, οὐ μέν*) — *ἀλλά* (*δέ*) coniunctionibus. Sunt enim

in or. XXXV. undevicies: §§ 1, 4 bis, 7, 19, 25, 25.26, 27, 28, 30, 32, 36. 37 bis, 39. 41. 44. 46. 55;

in or. XXXXIII. sexies et vicies: §§ 5, 6, 9, 11, 18, 32, 33, 38, 48. 50. 53 bis, 56, 60, 61 bis, 63. 64, 67 ter, 74, 76, 80, 81, 83;

in or. XXXXVIII. septiesdecies: §§ 2 bis, 3, 10, 29, 32, 36, 41. 44. 45. 48. 49, 50, 52, 53 bis, 54.

In or. XXXXVI. redeunt illae particulae quinquies: §§ 6, 7, 15, 17. 28:

in or. XXXXVII. sexies et vicies: §§ 1, 8, 9, 10, 11, 16, 20, 23, 28. 31. 32. 34 bis, 36, 41, 46, 48, 53, 54, 58. 60, 65, 75, 77, 80 bis;

in or. XXXXIX. quaterdecies: §§ 4, 19, 21 bis, 41, 45 bis, 46, 52, 54. 59. 61. 65. 68:

in or. L. quaterdecies: §§ 4, 7, 14, 23, 38, 44, 45, 51, 53, 60, 61, 63. 66. 67;

in or. LII. quinquies: §§ 2, 9, 14, 21, 24;

in or. LIII. sexies: §§ 1. 9. 13 bis. 18 bis;

in or. LIX. septies et vicies: §§ 1, 6, 8, 30, 43, 44 bis, 50, 56, 59, 62. 63, 72 bis, 81, 82, 86, 90, 95, 99, 102, 115, 116, 117, 118, 119 bis.

Multo pauciora igitur exempla insunt in altera parte orationum.

Contra scriptori orationum pro Apollodoro inque Euergum et Mnesibulum habitarum in deliciis est membro alicui enuntiati plura alia membra particula *δέ* adhibita opponere: XXXXVI. 13 (*προεπηλάκισε μὲν ἂν ἡμᾶς, κατεφρόνησε δ' ἂν τῆς δωρεᾶς ἧς παρ' ὑμῶν ἔλαβε, παρεῖδε δ' ἂν τοὺς νόμους*), 21 (*μέν — δέ — δέ*), 25 (*μέν — δέ — δέ — δέ*), XXXXVII. 6 (*μέν—δέ—δέ*), 14 proxx. (*μέν—δέ—δέ—δέ*), 18 (*μέν—δέ—δέ*), 30 (*μέν—δέ—δέ*), 48 (*μέν—δέ—δέ*), 59 (*μέν—δέ—δέ*), 64 (*μέν—δέ—δέ*), 65 (*μέν—δέ—δέ*), 69 (*μέν—δέ—δέ*), 80 (*μέν—δέ—δέ*), 81 (*μέν—δέ—δέ*), XXXXIX. 13 (*μέν—δέ—δέ—δέ—δέ*), L. 15 (*μέν—δέ—δέ—δέ*), 64 (*μέν—δέ—δέ*), LIX. 13 (*μέν—δέ—δέ—δέ—δέ*), 108 (*μέν—δέ—δέ*), 114 (*μέν—δέ—δέ*), cl. 73 (*— τε — δέ — δέ*).

Nihil tale in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. invenies.

Ex particulis conclusivis commemoraverim

οὐκοῦν, quod est XXXV. 48, XXXXVI. 12, 13, 20, 23, 25, LIX. 8, 62, 107, 111, 117, 125;

ὥστε, quod leges XXXXIII. 9, XXXXVIII. 42, 45, XXXXVII. 30, 78, 81, XXXXIX. 47, 53, 63, LIII. 27, LIX. 58, 112 bis, 114, 122.

Particula *τοίνυν*, cui est vis copulativa (porro, nun auch, ferner), conclusiva (igitur, also, nun)[1]), septies invenitur in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII., sed sexcenties in ceteris septem. Omnes locos in medium proferam: XXXV. 50, XXXXIII. 23, 53, 63, 71, 79, XXXXVIII. 56 (om. S.), XXXXVI. 4, 5, 8, 9 bis, 10, 11, 15 bis, 18, 19 ter, 22, 27 bis, 28, XXXXVII. 11, 13, 16 bis, 21, 25, 27, 28, 33, 34, 40, 41, 42, 44, 45, 47, 49, 61, 62, 64, 67 bis, 68, 69, 78, XXXXIX. 8 bis, 14, 23, 24, 25, 33, 34, 38, 41, 42 bis, 43, 44, 55, 58, 59, 65. 67. 69. L. 7 bis, 8, 11, 14, 17, 24, 27, 29. 38, 53, 57, 63. 67, LII. 24, 25. LIII. 19, 20, 21, 22, LIX. 17, 24, 26, 29, 33, 35, 45, 49, 53, 72, 76, 79, 88, 92, 119[2]).

Particula consecutiva *ὥστε*, cui plerumque praemittitur *οὕτως*, obviam est XXXV. 25, 28, XXXXIII. 1, 61, 64, 67, 77, XXXXVIII. 23, 49, XXXXVI. 2, 15. XXXXVII. 12. 19. 20, 28, 43, 59 bis, 74, 76, 81, XXXXIX. 10, L. 11 bis, 30, 34 bis, 44, 59, 60 bis, 61, 66, LII. 15, 22, 24, 25, 28, 29, 30 bis, LIII. 1, 4, 27, LIX. 1, 7, 8, 15, 31, 36 bis, 39, 42, 44, 68, 71, 88, 92 bis.

Coniunctio finalis *ὅπως* usurpata est in priore parte orationum sexiesdecies, in posteriore bis: *ὅπως* est XXXXIII. 12, 30, 74, XXXXVII. 19, 30, LII. 11; *ὅπως ἄν* XXXV. 7, 29. XXXXIII. 75, XXXXVIII. 5, 10, 48, 52; *ὅπως μή* XXXXIII. 72, 73, 83, 84, LIII. 13.

Particulam *ἵνα* reperi in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. septies, in ceteris septem quater et octagies. Coniunctum autem est *ἵνα*

1) cum indicativo: XXXXVIII. 47, XXXXVII 3 (indicativus et coniunctivus ex *ἵνα* pendent), LIII. 24.

---

[1]) Cf. Kruegeri art. 857, 4.

[2]) Cf. E. Rosenbergii comment., q. i. Die Partikel *τοίνυν* in der attischen Dekas (Fleckeisenii annal. 1874 pagg. 109 proxx.); tres loci hunc virum doctum fugerunt.

2) cum coniunctivo: XXXV. 50, XXXXIII. 11, 66, XXXXVIII. 36, 55, XXXXVI. 6, 7, 9, 10, 11, 18, 28 bis, XXXXVII. 1, 2, 3, 11, 14, 18. 65, XXXXIX. 5, 18, 25, 29, 45, 59, 61, L. 3, 10, 21, 28, 41, 45, 46, 55, 57, 59, 65. LII. 5, 29, 30, LIII. 11, 18, LIX. 1, 21, 44, 58, 64, 74, 75, 76, 77, 78, 81, 85, 86, 90, 96, 105 bis.

3) cum optativo: XXXXIII. 47, XXXXVII. 13, 23, 38, 58, 68, 75. XXXXIX. 14, 17, 48, L. 13, 30 bis, 51, 52, 54 bis, 55, LIII. 5, 13, 16, 18, LIX. 6, 19.

Ceterum *ὡς* ut sit „ut" uno legi loco: XXXXIII. 42.

Jam nunc enumerem omnes particulas enumerativas, iis exceptis, quae ubi de anacoluthis disputabitur afferentur.

Inveniuntur

1) *πρῶτον μέν — ἔπειτα*: XXXV. 33, XXXXIII. 31, 35, XXXXVIII. 11, 15, XXXXVII. 34, 62, 69, XXXXIX. 33, 49 (seq. § 50 *εἶτα — ἔπειτα*), L. 39, LII. 26 (seq. § 29 *ἔπειτα*), 30, LIII. 14 (seq. *ἔτι δὲ πρὸς τούτοις*), LIX. 89 (seq. § 90 *ἔπειτα μετὰ ταῦτα*), 105 (seq. 106 *ἔπειτα*).

2) *πρῶτον μέν — μετὰ δὲ ταῦτα — μετὰ ταῦτα*: XXXV. 18 cll. 21, 24.

3) *πρῶτον — ἔπειτα*: XXXV. 9, XXXXVIII. 33, LII. 4.

4) *πρῶτον μέν — δεύτερον δέ*: XXXXIX. 20, LII. 11.

5) *τὸ μὲν πρῶτον* (primo) — *ἔπειτα δέ*: XXXXVIII. 6.

6) *πρῶτον μέν — πρὸς δὲ τούτῳ*: LII. 16.

7) *πρῶτον μέν — ἔτι δὲ πρὸς τούτοις — πρὸς δὲ τούτῳ*: L. 43 cl. 44.

8) *πρῶτον μέν — πάλιν — ἔτι δὲ πρὸς τούτοις*: XXXXVIII. 40 cll. 41, 43.

9) *μάλιστα μέν — μετὰ ταῦτ'*: XXXXIII. 12.

10) *μάλιστα μέν — ἔπειτα δὲ καί*: LIX. 126.

11) *ἴσως μέν — εἶτα δέ*: XXXXVI. 17.

Sunt igitur particulae enumerativae, quas non reperias nisi in orationibus XXXV. XXXXIII. XXXXVIII. [2) 5) 8) 9)], sunt, quae solae in ceteris occurrant [4) 6) 7) 10) 11)], sunt, quas in tribus illis orationibus saepius, quam in his, positas esse dixeris [1) 3)][1]).

---

[1]) Cf. Schulzii Prolegg. pagg. 64 proxx.

Particulae interrogativae (*πότερον* (*α*) — *ἤ*) non deprehenduntur nisi in altera parte orationum nostrarum. Collegi exempla haec:

πότερον — *ἤ*: XXXV. 38, XXXXVII. 25, 68, XXXXIX. 53.

πότερα — *ἤ*: XXXXVI. 27, XXXXVII. 34, 43, 46, XXXXIX. 45, 51, L. 1, 33, 34[1]).

Verum haec hactenus de structuris ad grammaticae regulas directis.

Altero loco mihi est propositum, ut agam de dicendi neglegentia deque structuris plus minusve ad normam directis, num forte hac quaestione instituta aliquantulum ad diversitatem statuendam conferre possim.

Apparet maxime dicendi neglegentia in eis enuntiatorum formis in quibus coepta structura turbatur.

Quod primum plus minusve fit, cum oratio in eadem sententia denuo incipit.

Initium autem sententiae uno vel pluribus verbis repetitur: XXXXIII. 17. *ἐὰν γὰρ ἐπιδείξω —, ταῦτ' ἐὰν ἐπιδείξω.* 21. *περὶ δὲ Θεοπόμπου — καὶ αὐτοῦ τουτουὶ Μακαρτάτου, περὶ τούτων μοί ἐστιν ἐξ ἀνάγκης λέγειν,* 24. *τῆς Φυλομάχης δὲ τῆς ἀδελφῆς τῆς Πολέμωνος καὶ Φιλάγρου, ᾧ ἔδωκεν —, τοῦ δὴ Φιλάγρου — καὶ τῆς Φυλομάχης κ. τ. λ.*: XXXXVIII. 32. *νικήσας δὲ καὶ διαπραξάμενος ἅπανθ' — καὶ ἀπολαβὼν ὅσα ἦσαν ἐκεῖνοι παρ' ἡμῶν εἰληφότες, ταῦτα δὴ πάντ' ἔχων*; LII. 32. *δέομαι δὲ ὑμῶν — ἀναμνησθέντας ὅτι —, δέομαι ὑμῶν ἀποψηφίσασθαί μου.* Vix huc retuleris LIII. 24, quem locum laudavit Siggius[2]): *ἡγούμην γὰρ οὐ προσήκειν ἐμοὶ ἰδιώτῃ ὄντι τοὺς δημοσίους βασανίζειν· οὔτε γὰρ τῆς βασάνου κύριος ἐγιγνόμην οὔτε καλῶς ἔχειν τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐμὲ κρίνειν. ἡγούμην τε δεῖν τὴν ἀρχὴν ἢ τοὺς ᾑρημένους ὑπὸ τῆς βουλῆς γράφεσθαι.*

Tum oratio pronomine *οὗτος* vel particula aliqua illata quodammodo resumitur[3]).

Infertur autem *οὗτος* pronomen primum post substantiva et participia: XXXXVII. 56. *τῆς μὲν ἐπικλήρου, ἣ ἦν Ἁγνίᾳ ἀνεψιοῦ παῖς πρὸς*

[1]) De *πότερον* et *πότερα* solis positis v. p. 102.

[2]) l. l. p. 426.

[3]) V. Rehdantz. ind. I. s. v. *οὗτος* et ind. II. s. v. „neutrum“. Schwebsch. l. l. pagg. 94—95.

πατρός, ταύτης μὲν μηδεπώποτ' ἀμφισβητῆσαι, cl. 7, 18. *διενοήθην — γράψας ἐν πίνακι —, οὕτως ἐπιδεικνύειν ὑμῖν καθ' ἕκαστον,* 74. *τῷ δὲ μετ' αὐτὸν γενομένῳ, τούτῳ —,* 76. *εἴ τινες τοὺς γένει ὄντας ἐγγυτάτω Ἁγνίᾳ, τούτους ἐξελαύνοιεν;* XXXXVIII. 8. *τὸ δὲ τέλος, ὃ ἐγένετο; τοῦθ' ὑμᾶς ἀναγκαίως ἔχει ἀκοῦσαι,* 3. *τῷ τὰ δίκαια λέγοντι, τούτῳ τὴν ψῆφον ὑμᾶς προσθέσθαι;* XXXXVI. 17. *τῷ — μὴ ἐξουσίαν δόντι, τούτῳ τὴν γυναῖκα δοῦναι;* LIII. 2. *ἀλλὰ — ἡγησάμενος —. διὰ μὲν ταῦτ' ἀπεγραψα,* LIX. 15. *δεῖ δ' ὑμᾶς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας τὴν ἀκρίβειαν ἀκούσαντας τῆς τε κατηγορίας καὶ τῆς ἀπολογίας, οὕτω ἤδη τὴν ψῆφον φέρειν,* 114. *τοῦ μὴ ἐξ ἴσου φανῆναι ἐκείνας τιμωμένας —, μηδὲ τὰς μετὰ πολλῆς καὶ καλῆς σωφροσύνης καὶ ἐπιμελείας τραφείσας —, ταύτας ἐν τῷ ἴσῳ φαίνεσθαι μετεχούσας.*

Tum excipiuntur pronomine *οὗτος* enuntiata secundaria: XXXXIII. 12. *ἐπειδὴ δὲ τούτου ἀπέτυχε καὶ οὐκ ἐγένετο παῖς ἄρρην αὐτῷ οὐδὲ εἷς, μετὰ ταῦτα —,* 70. *ὅτι δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω —, μάρτυρας ὑμῖν τούτων παρεξόμεθα;* XXXXVII. 3. *ἵνα οὖν μήθ' ὑμεῖς ἐξαπατᾶσθε μήθ' οἱ εἰσιόντες εἰς ὑμᾶς ἀδικῶνται, διὰ ταῦτα αὐτοὺς ὑποδίκους ἐποίησεν ὁ νομοθέτης,* 10. *ὡς δὲ ταῦτα ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας* cll. 24, 27, 51, 67; XXXXIX. 33. *καὶ ταῦτα πάνθ' ὅτι ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας,* cl. eadem paragrapho; L. 10. *καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ λέγω πρὸς ὑμᾶς, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας* cll. 13, 28, 37, 56; LII. 7. *ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, τούτων ἁπάντων ὑμῖν τὰς μαρτυρίας ἀναγνώσεται* cll. 17, 21, 31; LIII. 18. *ὡς δ' ἀληθῆ εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, τούτων ὑμῖν μάρτυρας πάντων παρέξομαι* cll. 19, 20 bis, 25; LIX. 14. *ὡς δ' ἐστὶ ξένη Νέαιρα καὶ συνοικεῖ — καὶ — παρανενόμηκεν —, ταῦτ' ἤδη δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς* cll. 16, 17, 20, 24. *καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν τοὺς μάρτυρας καλῶ* cll. 40, 47, 53, 61, 70, 84, 123, 43. *ἐξ ὅτου δὲ τρόπου καὶ δι' ἣν αἰτίαν, ἐγὼ ὑμῖν καὶ περὶ τούτου διέξειμι.*

Sentis igitur *οὗτος* pronomine excipi

in orationibus	subst. et partic.	enuntiata secund.
XXXV. XXXXIII. XXXXVIII.	sexies	bis
XXXXVI. XXXXVII. XXXXIX. L. LII. LIII. LIX.	quater	quinquies et tricies

Denique pronomen relativum *οὗτος* pronomine demonstrativo subsequenti quasi in memoriam revocatur XXXV. 32, XXXXIII. 50, XXXXVIII. 36, 38, 39, 54, XXXXVI. 6, 15 (*ὅσοις — τούτοις*), XXXXVII. 8, XXXXIX. 4, 16, 27, 37, 66, LIX. 79.

